

Summblatt

*M-s. 201
3.*

295.

DISSERTATIO PHILOLOGICO THEOLOGICA
DE
HOMOLOGIA S. THOMAE
APOSTOLI

AD LOCVM IOH. XX. XXVIII

QVAM
SVB PRAESIDIO
IOHANNIS BENEDICTI
CARPZOVII

S. S. THEOLOGIAE DOCTORIS EIVSDEMQUE
PROFESSORIS PVBLICI ORDINARII ET
FACVLTATIS THEOLOGICAE ASSESSORIS

IN
AVDITORIO MAGNO THEOLOGICO
PVBLICE TVEBITVR
AVCTOR

IOHANNES IOACHIMVS CLASEN
RENSVURGO HOLSATVS
S. TH. CVLT. ET SOC. TEVT. HELMST. MEMBR

A. D. XVI APRIL. A. I. S. MDCCLVII

HELMSTADII
LITERIS VIVVAE B. SCHNORRII

DISERTATIO THEOLOGICA PROLOGICA

HOMOLOGIA S. THOMAE

ARTICULUS I. DE TRINITATE

ARTICULUS II. DE DEI PATRE

ARTICULUS III. DE DEI FILIO

ARTICULUS IV. DE DEI SPIRITU

IOHANNIS BENEDICTI

CARPZOVII

ARTICULUS V. DE DEI VIRTUTIBUS

ARTICULUS VI. DE DEI PASSIONIBUS

ARTICULUS VII. DE DEI GLORIA

ADVIATORIO MAGNO THEOLOGICO

AVCTOR

IOHANNES IOACHIMVS CLASSEN

RECTOR SCHOLAE THEOLOGICAE

IN VITAE AETERNAE A. M. DCCCLXII

HELMSTADII

IN AEDIBUS UNIVERSITATIS



Q U A E

SUMME REVERENDO AMPLISSIMO DOCTISSIMO QVE

Q U O I M M I N O

M. THEOPH. CHRISTIANO
SCHVOLLMANN

SACR. REG. DANIC. A CONSILIIIS SACRIS

ARCIS GOTTORP. CONCIONATORI ET CONSISTOR

IBIDEM ASSESS. AD AEDEM S. S. TRINITAT

SLESVICENS. PASTORI PRIMAR.

LONGE MERITISSIMO

V I R O

S V M A X I M E R E V E R E N D O A D O C T I S S I M O Q V E

D O M I N O

G E O R G I O G V I L I E L M O

I D I T H M E R S

S A D C A E D E M D O M I N I A E P A S T O R I C O R I M A R

L O T I C O N S I S T O R I I R E N S B U R G I A S S E S S I T E S E N I O R I O R A

E T I N D E M A D O M I N I S P E C T A T I S S I M O R A M B I E R I

E T I N D E M A D O M I N I S P E C T A T I S S I M O R A M B I E R I

A D G E O R G I O G V I L I E L M O

ACADEMICI HONORIS SPECIMEN
DIVINIS ET TERRESTRIBUS
V I R O

MAXIME REVERENDO DOCTISSIMO MOE
DOMINO

M. CHRISTI GUILIELMO
CONRADI

PASTORI PRIMAR' AEDIS CHRISTO SACRAE
ET CONSISTOR' RENSURG' ASSESSORI
GRAVISSIMO

PATRONIS ET PROMOTORIBVS

OMNI AETATIS CVLTV DEVENERANDIS



HOC QVALECVNQVE
ACADEMICI LABORIS SPECIMEN
DIVINIS EX TABVLIS DESCRIPTVM
TANQVAM

SEMPITERNVM OBSERVANTIAE AC MENTIS

GRATISSIMAE TESTIMONIVM

VETERI CLIENTVM MORE

OFFERT ET CONSECRAT

SIMVL PRO

VIRORVM DE ECCLESIA CHRISTI OPTIME MERITORVM

FLORE ET SALVTE

AD D. O. M. PIAS PRECES

FVNDIT

SE SVAQVE STVDIA DE MELIORE

NOTA COMMENDANS

CULTOR PERPETVVS

IOHANNES IOACHIMVS CLASEN

DISSERTATIO PHILOLOGICO THEOLOGICA
DE
HOMOLOGIA S. THOMAE
APOSTOLI
AD LOCVM IOH. XX. XXVIII

I

D. Iohannis, homologiam S. Thomae scribentis, scopus

DICTVRIS quaedam super illa graui ac valde memorabili *ομολογία*, qua diuus Thomas Apostolus Iesum *Θεάνθρωπον*, in vitam reuocatum, sed a se visum, laetus exceperat, scopus neuiquam est negligendus, quare his illam verbis et his adiunctis enarrare sacris in literis placuerit Spiritui Sancto. Nam dextro diuinorum librorum interpreti nihil prius esto antiquiusque, quam vt verborum ac dicentis scopum diligenter indaget: a quo si deflexerit aliquis, toto tramite errabit, nec euitabit intelligentium censuras iustas. Sciunt omnes, praeter scopum libris omnibus communem, Christum puta, Euangelii centrum, assidue habendum ante oculos, alium esse singulis libris proprium, eumque aut libri totius scopum, aut alicuius pericopae ac pensae breuioris. Quae si quis ad historiam Iohannis, ex qua confessio Thomae desumta est, transtulerit, is sacrum scriptorem id sibi credidisse negotii datum, vt *την δόξαν μονογενῆς παρὰ Πατρὸς* extolleret in hac enarratione, deprehendet. Ipse *θεόπνευστος* amanuentis finem tum libri sui, tum rerum Christi, cum aliis pariter et cum
A Tho.

Thoma gestarum, attulit, et effecit, vt quem ipse in animo habuerat inter scribendum, hunc notis illustrem suis inueniremus facilius, et agnitum cum gaudio amplecteremur. Praecipue vero huius testimonii, de Iesu maiestate allati, habetur scopus *a)* in fine Euangelii, quum omnia omnino verba, dicta, facta, (neque adeo hac Thomae *ὁμολογίας* excepta,) ait literis mandata esse, vt crederemus, ὅτι ὁ Ἰησοῦς ἐστὶν ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἵνα πιστεύοντες ζωὴν ἔχωμεν ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ *b)*

II

Catalogus Confessorum deitatis Iesu, in Euangelio Iohannis

IOHANNES autem, vt qui reliquis Euangelii scriptoribus dixit sublimius et luculentius de Saluatoris et Aeterni nostri deitate, graue idcirco nomen τῷ Θεολόγῳ a scriptoribus saeculi quarti adeptus; etiam id egit inter alia, vt in historia sua multos diuinitatis et gloriae Iesu, plures sane quam reliqui Euangelistae, stiterit Confessores, qui vna voce et mente, Iesum esse Christum et Deum, asseuerarunt. Praeter se ipsum, *c)* vt qui nomini *Brontontis*, id est *tonantis*, *d)* a Seruatore sibi dato, responderet,

a) De scopo Euangelii S. Iohannis extat bonae libellus notae, et facile optimus inter viri huius scripta, Reu. GEO. LVD. OEDERTI, Lipsiae 1732 in 8 editus. Quocum iungatur SEBAST. LE NAIN DE TILLEMONT, *Memoires pour seruir à l'Hist. de l'Eglise*, T. I. P. III, p. 936. Praeterea ex nostris sunt ad eundem b. SEB. SCHMID, in *Colleg. Bibl. Poster. p. 3 sq.* et XOH. FRANC. BVDDI *Tract.*

de *Eccles. Apostol. p. 409*

b) Ioh. XX, 31

c) Iohannes Euangelista semet ipsum nominat *Confessorem*. Vid. cap. XVIII, 35: Καὶ ὁ ἑωρακίως μαμαρτήρησε, καὶ ἀληθινῶς αὐτῷ ἐστὶν ἡ μαρτυρία· ἀληθῆνος ὁ θεός, ὅτι ἀληθῶς λέγεις

d) Filii Lebedaei, Βοωνεγῆς, siue υἱοὶ Ἐροντίου nominati sunt. Marc. III, 17. Haec loquutio υἱοὶ Ἐροντίου morem dicendi Hebraeorum imitatur, vt qui, quum

prodit statim *Iohannes Baptistes*. Is praeco gratiae diuinae, illum a se baptizatum, restabatur esse Christum et Dei Filium. Idem, Leuitis publice ad se missis, se illum a *IESAIA e)* indicatum, Messiae, inter Iudaeos hodie versantis, praecursorem esse profitebatur. Prope Paschatis festum, quando agni complures, *οι τυτοι* Messiae immolandi, deducebantur Hierosolymas, ambulantiem conspiciatus agnorum *αγνιτοπον*, Christum, *Ιδε*, clamabat, *ο αμνος τῃ Θεῷ, ο αλεων την αμαρτιαν τῃ κοσμου*. Nec diutius morabor producendis in aliis gloriae et deitatis Christi Confessoribus. Adsunt enim *Andreas, Simon*, et *Philippus*: adest *Nathanaël*: ut qui Dei Filium et regem esse Israelitarum, Iesum, non agnouerunt tantum, sed publice testati sunt etiam. Quid *Nicodemum* dicam, suo et collegarum nomine factum, esse Synedrii assessores de diuina vocatione, potentia, doctrina Christi, conuictos? Quid *Samaritanam mulierem*? Illa, relictis omnibus, properat ad populares, et Iesum, ceu verum Messiam illum, iis com-

A 2

certa quadam affectione praeditum denotare volunt, vocabulum \square solent addere. Vid. *IOH. VORSTIVS, de Hebraism. N. T. Cap. XXIII, p. 59*. Itaque Eph. II, 2 voces *υιοι τῃς ἀπειθας*, filii contumaciae, denotant *ἀπειθας*, incredulos. Luc. XX, 36 *υιοι τῃς ἀναστάσεως* sunt *οι ἀναστῶτες qui resurrexerunt*. I Thess. V, 5 *υιοι φωτός* sunt *οι φωτισμένοι illuminati*. Similiter *υιοι ἑορτῆς* sunt *οι ἑορταζοντες tonantes*. Filii enim Zebedaei, Iacobus et Iohannes, suo praeconio alios veluti tonitru attonabant et percellebant, Conf-

GEO. FRID. HEVPELII Not. Grammat. Critic. in Euang. Marci, p. 44. Neque enim (ut PETR. DAN. HVETII verbis utar in Obseru. ad Origen. Comment. p.72.) sublimius quisquam disseruit de maiestate Christi quam Iohannes. Neque apertius maioriue animo Christi causam egisse Apostolorum quempiam verisimile est, quam Iacobum, qui primus inter Apostolos Christianae religionis fundamenta suo sanguine firmavit. Vide etiam IOH. CASP. SVICERI Thes. Eccles. T. I. p. 712. sq e) Ies. XXXX, 3

mendat tam felici cum successu, vt multi in eum crederent Samaritanorum. Quid *populum*, cui Iesus cibatu prospexerat largo et tam prodigioso? Confitebatur, eum vere vatem illum esse a Mose praenuntiatum, qui in orbem venturus esset. Quam aperte *Simon Petrus*, suo ac reliquorum nomine, Christum, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος credit atque profitetur? Audimus turbam inter medium furorē procerum distitare: *f) Christus quum venerit, num plura portenta edet, quam hic edidit?* et ei fidem habere. Legimus, hominem a natiuitate coecum, (*Celidonium* vocat ALPHONS. SALMERON, Iesuita, *g)* restitutus oculis, fide amplecti Dominum, et eum religiose venerari. *h)* Immo alia occurrunt, aequae praeclara, confessorum Domini testimonia, vt magnus facile posset catalogus eorum scribi. Paucos tamen e multis dabimus. Sic *Caiaphas*, summus Pontifex, insurgit (quamuis ἐκ ἀφ' ἐαυτοῦ), ad confessionem de morte Christi edendam. Sic *hominum turba* filio Davidis Hierosolymas intranti cum plausu exclamat. Sic *milites*, implexa ex spinis corona, et toga purpurea; sic *Pilatus*, scripto titulo quem cruci imposuit; *mulieres* apud crucem Iesu adstantes; *Iosephus* ab Arimathaea, et denuo *Nicodemus*, occulti quidem antea meru Iudaeorum discipuli, nunc autem in summo adeo periculo, et desperatis plane, vt videbatur, rebus, adhaerent Christo et

f) Ioh. X, 25

g) Opp. T. VI, p. 250. Forte alludit SALMERON cum aliis Pontificiis ad *κελευθῶν* seu hirundinem, quae Tobiam excoecasse perhibetur. Hos homines eleganter depexos reddidit b. THOM. ITTIGIVS, *Diss. ad Ioh. VIII, 1*, quae *Enneadi* vi rilius doctissimi inserta est

h) Hunc hominem IOH. LIGHT-FOOTVS in Hor. Hebr. et Talm. ad b. l. vocat primum confessorem Domini Iesu in Ecclesia Euangelica, sacris nempe Iudaeorum exclusum, et ἀποσυνήκωτον factum. Adde CAMP. VITRINGA de Synag. Iud. III, 1, 9. p. 743. sq

et eum colunt. *i)* Hoc igitur modo, ut satisfaceret quem intendebat fini, et deitatem Christi aduersus CERINTHI et EBIONIS haereses defenderet, diuus Iohannes, praeter sermones Saluatoris et eiusdem miracula, etiam testes et Confessores *k)* adduxit plurimos, qui argumentis certissimis conuicti publice docuerunt et confirmarunt, Iesum esse Θεὸν ζῶντα. Ut adeo singulares omnino partes in euincendo momento hoc, quod diuinitas Iesu tam multis etiam ab Confessoribus euicta sit, diuo scriptori demandatae fuisse sancto a Flamine, videantur

III

Inter hos Confessores etiam S. Thomas est

PLVRIBVS commorati sumus enarrandis in Confessoribus deitatis Christi, e Iohanne solo arcessitis. Restat vnus, quem loco vltimo scriptor Θεόπνευτος adduxit. Scilicet introduxit quendam ex collegio alumnorum disciplinae Iesu, quo sicuti nullus fuit post mortem Domini difficilior ad credendum, ita etiam postea nec clarius quicquam testimonium perhibuit de Iesu ad vitam reuocato, nec quisquam illum apertius Θεὸν ζῶντα ac Redemptorem generis humani est professus. Confessio perpaucis quidem, sed quae sublimitate compensant breuitatem, inest verbis. His verbis voluntarium praestat ingenuumque fidei salutaris, coniunctae cum dilectione Christi, testimonium.

A 3

nium.

i) Leg. NATH. LARDNERI *Fid. Hist. Euang. Lib. I, Cap. 7, §. 16 et sq. p. 281*

k) Confessor nominatur, non is quidem semper, qui detrimentum aliquod corporis passus est pro Christiana religione; nec etiam, qui malum quodecunque propter nomen Iesu sustinu-

it; sed qui libere et cum periculo profitetur, Iesum esse Christum. Hoc euincit ex multis scriptoribus CASP. BARTHVS, ad GALLI Confessoris sermonem, p. 42, nec non CAR. DV FRESNE *Glossar. Med. et Inf. Latin. voc. Confessor*.

VI HOMOLOGIA DIDYMI

nium. His elogium summum, diuinisquę Iesu honores perhibet. His quae ad eius *personam* et *naturas*; quae ad eius *officium* atque *statum* spectant, ἐμφατικώτατος comprehendit. His soli omnia Saluatori tribuit, tibi autem derogat omnia. His ampliora, quam vel Petrus, vel alius quisquam Apostolorum, de Iesu suo iam vnice dilecto, de fiducia sua solo merito Iesu nixa, de suo in Dominum suum et Deum suum affectu enuntiat longe tenerrimo. His verbis, quantum dabitur per imbecillitatem ingenii, aliquid lucis affundetur in hac dissertatione

III

Nomen, vita et res gestae S. Thomae Apostoli

VT VERO ordine et via recta progrediamur, priusquam ad *S. Thomae Apostoli* ὁμολογίαν deueniamus clarius exponendam, non videbitur alienum, si de ipso viro, Confessore eodem et martyre, ad ductum Euangelistae sancti breuibus exponemus. *Thomas* Hebraice appellatur, quod Graeco vocabulo effertur *Didymus*. quam appellationem non minus ille ex more recepto gessit. l) Neque enim haec duo sensu diuersa sunt inter se nomina, veluti alias *Simon* et *Petrus* sunt, aut *Salomo* et *Iedidja*. m) Neque fuit δίδυμος diuus Apostolus, quod NONNO n) in mentem venit

- - Εἰσαίων δὲ δίδυμος ἵαχε Θωμᾶς,

*Ὁν Δίδυμον γενετήρης ἐφῆμισαν

Nec

l) Ioh. XI, 16

m) De πολωνισμῶν ac de nominum mutatione vid. SAL. GLASSIUS, *Philol. S. Tract. de Nom. propr. Obseru.* 12, 13, 14 p. 420

n) *Paragh. Graec. Ioban. Cap.*

XIII, vs. 5. NONNUM praeter alios etiam reprehendunt propterea FRANC. NANSIUS, in *Not. ad Cap. XI, 59. p. 129*, et DAN. HEINSIUS, in *Aristarch. Sacr. p. 914 et 927*

Nec a Iesu fuit nomine Δίδυμος appellatus, quamvis id traditur apud Pseudo ABDIAM. o) Sed idem est: *Thomas, Διδυμος, Geminus. vt Messias, Christus et Vinctus; vt Tabitha, Δογνάς, Caprea p).* NONNVS enim nesciuit quid velint Euangelistae, si Hebraeis vel Syris nominibus noram illam, ὁ λεγόμενος, apponunt. Idem vero indicat ὁ λεγόμενος, quam quod alibi ὁ μεθερμηνεύεται. Igitur apud Iohannem verba Θωμᾶς ὁ λεγόμενος Δίδυμος, idem volunt ac si dictum esset: Θωμᾶς ὁ ἐρμηνεύεται Δίδυμος. Quae sunt ita transferenda: *Thomas; quod nomen si Graece effertur, idem quod Didymus significat.* Non fortasse inanis est IOH. LIGHTFOOTI q) coniectura, qui existimat, Apostolum natum videri in ditrone, qua Iudaei vna cum Graecis commorabantur, qualis regio fuerit Decapolitana; atque hinc factum esse, vt ab illis Hebraeo, ab his Graeco vocabulo nominaretur r)

quod ad munus attinet sibi demandatum, id ex eo potest intelligi, quod nominatur εἰς ἐν τῶν δώδεκα, vnus ex illis duodecim. Scimus, quum ecclesiam vbique terrarum propagandam sibi colligeret, Christum viros duodecim, quos fidos maxime et ad tantum munus obeundum aptos vide-

o) In *Hist. Apost. Lib. VIII*, vbi conf. *Notae IOH. ALB. FABRICII, Cod. Apocryph. N. T. Tom. II, p. 687*

p) *Acto. VIII, 36*

q) In *Hor. Hebr. et Talmud. ad Iob. XX, 24*

r) Quod ad notationem attinet nominis *Didymi*, duas profert significationes *Glossarium Graecum N. T.*, cura IOH. ALBER-

TI editum p. 10. Θωμᾶς (ait.) ἄβυσσος, ἢ δίδυμος. In priori voce Ἐυσσοσ respicitur ad אַבְיִס abyssus. In posteriori, δίδυμος respicitur ad אֲבִיבִים gemellus. Ceterum, nomen *Didymi* plures gesserunt, inter quos *Didymus ὁ Χαλκέντερος* ille καὶ Βεδουλάδας eminet. Etiam inter *Apollinis* cognomina *Didymeus* occurrit

VIII HOMOLOGIA DIDYMI

videbat, r) sapientissime elegisse, sibi que amicissimos et esse secum tum in schola sua discipulos, tum in consuetudine sua familiares et proximos voluisse, *Apostolorum* seu legatorum nomen iis inditis. Hos praeceptis pariter, hos exemplo instruxit, hos donis Spiritus S. extraordinariis ornatos, ad docendum Euangelium dimisit, vniuersalis ecclesiae doctores constituit. Inter quos quem ordinem, quemque locum obtinuerit Thomas, IOH. ALB. BENDELIVS t) exposuit. nos non reperemus. Praeterea in medio relinquemus, quod IOH. LIGHTFOOT u) affirmavit, illum discipulum, cuius nomen non additur apud Iohannem, x) et quem Iesus statim post baptismum vocavit vna cum Petro, Andrea, et Natanaële ad munus sacrum, nostrum Thomam fuisse

LONGE vero sunt incertissima, merenturque nec fidem ullam ista omnia, quae in *Historiis Apostolorum*, libro quem adscribunt ABDIAE, y) illi primo, quod ferunt, Babyloniae Episcopo, de hoc Apostolo traduntur. Neque

r) Numerum Apostolorum duodenarium manifesto respicere ad duodecim tribus populi Hebraeorum, ingeniosa est coniectura IOH. LAUR. MOSHEMII in *Commentar. de rebus Christianor. ante Constant. M. Saec. I, §. 6. p. 69.* Qui etiam existimat, numerum septuaginta discipulorum, ad modum numeri Senatorum Synedrii Iudaici institutum fuisse. Vtroque autem numero Christum indicasse, omnem de re diuina constituendi facultatem in se vno positam, pristinam-

que Pontificis et supremi Senatus auctoritatem abrogatam esse. *Conf. lib. laud. §. 7. p. 72*

t) In *Gnomon. ad Matth. X, 2. p. 46*

u) *Hor. Hebr. et Talmud. ad Job. I, 35* Ornat LIGHTFOOTVS coniecturam, ex collatione loci *Iohannei XXI, 2*

x) *Ioh. I, 35 et 40*

y) ABDIAE *Acta Apostolorum*, quae libris decem constant, inserta sunt h. FABRICII *Cod. Apocr. N. T. Tom. II. Huius conf. integrum Cap. VIII*

que etiam Patrum enarrationes satis idoneae sunt. Apud EVSEBIUM ²⁾ perhibetur *Thaddaeus*, ex septuaginta vnus discipulis, missus a S. Thoma diuinitus impulsio ad ABGARVM, regem Edeffënorum, qui eum morbo ab inuerato sanatum Christiana fide imbuerit. Illud vero et *Apustolicis* contrarium *Actibus*, et esse adeo commentitium, IVD. ELLIES DV PINIVS ^{a)} vere notauit. ORIGENES ^{b)} refert ex veteri quadam traditione, Parthiam, vt liberatam a superstitione Euangelio illustraret, ipsi contigisse. Nec defunt qui ad Medos, ad Persas, Carmanosque; sunt qui ad Hyrcanos, ad Bactrianos, et gentes alias circumfinitas eum penetrasse, et annuntiasse vbique Euangelium contendunt, ^{c)} comprobare tamen non possunt. Communis quidem sententia Didymo refert Indiam celsisse. Illa tamen, quamuis AMBROSIVM, HIERONYMVM, GREGORIVM NAZIANZENVM, viros graues, auctores habet, nihilominus iure est impugnata, fabulisque et piis fraudibus accensa a viris eruditissimis, IOH. DALLAEO, ^{d)} et HERM. VVITSIO ^{e)}. Nam alius fuit quidam Thomas, qui circa annum Christi DCCC religionem Christianam, et simul Nestorianismum apud Indos instaurauit, quem vel hodie amplectuntur, qui nomen *Christianorum S. Thomae* ^{f)} gerunt. Ceterum, quae de scri-

B ptis

²⁾ *Histor. Eccles. Lib. I, Cap. vii*

^{a)} *Prolegom. Biblic. L. III, p. 88*

^{b)} Apud EVSEBIUM, *Histor.*

Ecl. Lib. III, Cap. II. Idem legitur in CLEMENTIS Recognit. Lib. VIII, cap. 29: ad quem locum conferantur, quae IOH. BAPT. COTELERIVS adduxit

^{c)} Conf. THOM. STAPLETONVS, *lib. de tribus Thomis*

(Col. Agripp. 1612.) p. 52.

MICH. DE LA ROCHE *Bibli-*

orb. Anglic. T. IIII, p. 522

^{d)} *De obiecto cultus religiosi, Lib. V, Cap. 6*

^{e)} *Miscell. Sacr. T. II, p. 352 sq.* Idem HERM. VVITSIVS merito ridet fabulam GEO. HORNII, qua tradidit, Thomam in America Euangelium docuisse, *l. c. p. 354*

ptis Thomae attributis, vt de *Euangelio, Itinerario, et Apocalypsi* illius dicenda essent, studiose praeterimus. Leguntur talia apud IOH. ALB. FABRICIVM, *g)* et MATVR. VEYSSER. LA CROZE *h)*. Denique num lanceae confossus ictu martyrium subierit, aut num aliis fuerit cruciatibus affectus, PETRVS quidem DE NATALIBVS, *i)* et multi alii, incerto tamen auctore, tradunt

V

Mentio Thomae primum et iterum a Iohanne facta: nec non

ἡ ἀπιστία τῶν μαθητῶν

VT PROPRIVS autem ad institutum perueniamus, sanctus scriptor, qui nobis commendaret huius amorem in Iesum, tum etiam familiaritatem, usum, consuetudinem, denique desiderium in cognitione illius proficiendi, trinis vicibus diuersis Apostolum Thomam loquentem stitit. *Primum*, quum in eo esset Seruator sanctissimus, vt Lazaro vitam redditurus Bethaniam iret, Thomas indicia animi, ad subeundam suo cum Domino mortem paratissimi, horrationemque ad constantiam eandem a τοῖς Συμμαθηταῖς exercendam, prouulit. Ἄρχομεν (dixit,) καὶ ἡμεῖς, ἵνα ἀποθάνωμεν μετ' αὐτοῦ. *Eamus et nos, vt cum eo moriamur k)*. Deinde, quum Christus alio tempore, suo de

- f)* De Christianis S. Thomae (von den Thomas-Christen) conf. RICH. SIMON, *Histoire Critique des dogmes Chrétiens Orientaux, Cap. VIII, p. 198. sq* IOSEPHVS ASSEMANVS, *Biblioth. Orient. T. III, P. 2, C. 9 §. 3. f. p. 435. f*
g) *Cod. Apoc. N. Test. T. II, p. 688. Itinerarium Thomae* Graece et Latine habetur *l. c. p. 819*
h) *Histoire du Christianisme des Indes, p. 209. f.* Add. IOH. MICH. HEINECCIUS *Abbild. der A. und N. Griech. Kirche, P. I, c. 2, §. 18, p. 73. f*
i) *Catalog. Sanctior. Lib. I, c. 79. f. XII*
k) *Ioh. XI, 16*

de abitu, ac de via sui ad Patris domum disseruisset, Thomas interrogatione quadam, 1) qua se scire negavit quo Dominus proficiscatur, effecit, ut ex ore Saluatoris auream illam eliceret sententiam: *Ἐγὼ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωὴ.* Ex utroque quod adduximus factis, animus et ingenium patet Didymi. Vtrumque testatur de ingenuitate viri, de metu amittendi Christi ex antecepta regni terreni persuasione orto, denique de anxietate ac desiderio Christum retinendi secum. Clarum est ex his verbis, etsi ad fidem heroicam nondum ipse maturus, omnibus tamen fidei eum non expertem fuisse. Discipulis enim Iesu et *cognitio* inerat quaedam, et item *ignorantia*. *Cognitio* quidem, cum simplicitate coniuncta, multis sed praeiudiciis inuoluta. *Ignorantia* vero, cum amore agnoscendae veritatis permixta, sensimque exuenda. Vnde illa frequens eorum vox, *ὅτι οὐδαμῶν.* Vnde tot *τῆς ἀπιστίας*, seu *imbecillitatis fidei* illorum, exprobrationes. Cognoscebant quidem aliquanto, cui iam nomen dederant tres per annos, et quem quotidie modo *ἐν παραβολαῖς καὶ ἐν παροιμίαις*, modo *παθήσεως* audiuerant differentem, m) Iesum. sed cognoscebant eum non satis. Notitia haec erat inchoata quidem atque confusa, sed perfecta parum, parum item distincta. Simul autem quam afflati a Christo, n) et a Spiritu Sancto qui eorum vnique infedit die Quinquagesimae, o) repleti sunt; sapientiae caelestis luce perfundebantur, religionisque arcana Christianae καὶ τὰ μεγαλεῖα τῆς Θεῆς fide certa enuntiabant

B 2

VI

1) Conf. Ioh. XIII, 1-6

m) Ioh. XVI, 25, 29

n) Ioh. XX, 22. Externo hoc symbolo insufflationis indicavit Dominus, se Spiritus S.

gratiam ipsis eminenti modo conferre. Vid. PFAFF. *Orig.*Iur. *Eccles.* p. 27

o) Act. II, 3, 4

VI

*Mentio tertia Thomas. Apparitio Christi, et occasio
Confessionis Apostolicae*

EST AVTEM inter colloquia Didymi, in quae cum Christo venit, nec suavius ullum, nec dignius meditatione, hoc, quod ultimo loco Iohannes commemoravit, et quo fidei, qua Christum *Dominum ac Deum suum* amplexus est, testimonium praebuit. Christo capto, praeter Petrum et Iohannem, discipuli aufugerant omnes, turbati disperisque. Maria autem Magdalena, haut inscia ubi Petrum ac Iohannem inueniat, accurrit ad hos, et nuntium de corpore Christi affert non inuento. Deinceps quum Seruator Apostolos fecisset certiores de suo reditu ad vitam, seque iis rediuuum stitisset, solus tum Thomas non cum eis fuit, quando Iesus venit. Cuius absentiae quum Iohannes tacuerit causam, etiam nos nescimus. Hoc constat, parum commeruisse Thomam, ut nonnulli, veluti in conuentuum sacrorum contemptorem, in eum declament; *p)* siquidem, nisi *Thomam tum abfuisse*, diuis scriptor nihil narrat. Perfacilis autem reprehendendis in erroribus hominum sanctorum prolapsio est. Quamuis etiam nos non scribemus Apostolo panegyricum. Siue enim absens ob timiditatem, siue ex fuga reuersus nondum, siue alia impeditus occupatione, siue denique admonitionis

p) Non quidem ineptum est, si, quando exponitur Euangelium de Thoma, hinc occasio sumitur cohortandi concionem, ne deseramus publicam *ἐπισημαίνωμεν*. Hebr. X, 25. Sed acerbiuscule in Thomam inuehere, id vero non placet; nec

potest Apostolus contemtionis sacrorum accusari. Extat etiam peculiaris commentatio: *Incredulitas Thomae nonnihil mitigata*. Vid. in *der auferlesenen Theologischen Bibliothek*, P. VI, p. 662: quam perlegendam lectori relinquimus

nis Christi adeunda in Galilaea memor; q) minus tamen a culpa abest, quod Apostolis reliquis, probis et integris viris, viuo de Domino narrantibus, fidem derogauit. Quorum quid habuit quod opponeret enarrationi? si modo verborum Christi, se triduo post mortem rediturum, fuisset memor. Ergo quia fidem detraxit experientiae τῶν Συμμαθητῶν, et obstinate inhaesit appetitui corpus Christi coram conspiciendi, hanc propter ἀπιστίαν a Iesu recte obiurgatur

RES autem ita se habuit. Saluator, praescius Thomam gratiae non relictari, postquam illum haerentem et dubium esse per octiduum fuerat, iam venienti in circulum sociorum, et sine dubio differenti de resurrectione Christi, conspiciendum se dat; in reliquis confirmat fidem, in Thoma vero, nisi videndo et tangendo, alias credere nescio, excitat, languidam et prope extinctam sufflat. Repetit verba eadem, quibus antea vsus fuerat discipulus ἀπιστος. Ex improviso, stat foribus clausis Iesus, r) pace omnibus nuntiata. Nec expectat donec interrogetur a Thoma, sed sua gratia ipsum praue nit, singulis deris

B 3

q) Matth. XXVI, 32. coll. Cap. XXVIII, 7

r) Disputant viri docti, num verba τῶν θυρῶν κεκλεισμένων aliud significant quam διὰ θυρῶν κεκλεισμένων, et num eandem habeant notionem quam ὄψις ἕως, nocturno tempore? (conf. Luc. XI, 5-7.) Aut num Christus per fores clausas, ad demonstrandam virtutem diuinam, et corporis sui spiritualitatem, coetum Apostolorum adierit? Prius, post IOH. VVALLESIUM, de Sabbat. P. I, p.

25 contendit hodie Celeb. Vir, CHRIST. AVG. HEYMANVS, Explicat. in Iob. loc. nostrum, p. 562-570. Posterius autem communi Theologorum sententia defenditur. Conf. VOLF in Cur. Philol. Crit. ad h. l. p. 99

Ceterum fabulis tuto accenseri debet, quod S. Thomas noster dicitur ostiis clausis Regi Indorum adfuisse, vt VITALIS memorat, Histor. Eccles. lib. II, p. 413. Vid. IAG. ELSNER, ad Iob. l. 4. p. 336

deriis viri singula quaesita ferens. Dixerat Thomas: Ἐάν μὴ ἴδω τὰς χεῖρας· non aliter ac illa apud PLAVTVM: *ſ) ſemper oculatae manus ſunt noſtrae, credunt quod vident.* Cui Ieſus excipit: Ἴδε τὰς χεῖράς μου. Dixerat Thomas: Ἐάν μὴ βάλω τὸν δάκτυλόν μου. Itaque Ieſus: Φέρε τὴν χεῖρά σου. Iterum ille: Ἐάν μὴ βάλω τὴν χεῖρά μου. Igitur Ieſus copiam facit deſiderio: Βάλε τὴν χεῖρά σου. Thomas palam profefſus erat: Οὐ μὴ πειſεύσω. At Ieſus rogat palam: Μὴ γίνε ἀπιſτος, ἀλλὰ πειſός. *t)* Ita igitur iucunda admodum alluſione, verbum verbo, par pari réfert Chriſtus, omnibuſque eius dictis benigne redditis, et Deum et animae auxiliatorem ſe demonſtrat, illum τὸν ἀπιſτον ad fidem et ad ſalutem reuocat. Quod niſi feciſſet, facile de hoc Thoma, non per artes, non per vires hominum ſanabili, fuiſſet actum. Sed non paſſus eſt Saluator Ieſus, ὁ μετρείουσα-θῆν δυνάμενος τοῖς ἀγνοῦσι καὶ πλανωμένοις, quem gratia ſupernaturali vidit ſanabilem, perire, immo vero ſalutari ἐπιφανείᾳ videndum ſe et palpandum praebet, tam miranda uſus Φιλανθρωπίᾳ, vt ſummam in eius animo fiduciam exci-

ſ) PLAVT. Aſinar. I, 3, verſ. 50

t) I) Voces ἀπιſτος et πειſός, vt quidem paſſim apud exteros, nec non in N. T., hoc tamen loco non admittunt ſignificationem paſſiuam, vt indicent eum, qui fidei ſit vel ſuſpectae vel ſpectatae; eum cui haberi fides vel nequeat vel poſſit. Sed in actiua adhibentur notione, vt idem denotent, quod ἀπιſτῶν et πειſτῶν, quae notio etiam alibi in ſacris literis iis tribuitur. II) Nec omittendum, voces ἀπιſτία et πειſία hoc loco non reſpondere philoſophicae notio-

ni; nec ad harum explicacionem opus eſt ſubſidio exteriorum: ſed ex ſacris potius literis eam erui oportere. III) Monendum, exiguitatem fidei et haefitationem interdum ἀπιſτίας nomine venire. Cauſſa haec eſt, vt ne nobis blandiamur de fidei infirmitate, ſed vt agnoſcamus, Deum, ſi grauiter nobiſcum ageret, ἀλιγοτιſτίαν noſtram damnare merito poſſe τῆς ἀπιſτίας, ideoque de augenda fide ſemper cogitandum, et cum Apoſtoliſ optandum eſſe: Πρὸς θεοῦ ἡμῶν πειſιν. Luc. XVII, 5

exciter, eliciaturque homologiam candidam et fide plenam: *Meus Dominus et meus Deus*. Ita enim Iohannes, Καὶ ἀπεκρίθη, ait, ὁ Θεοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ: Ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου

VII

Loquendi formula Hebraeorum more, ἀπεκρίθη καὶ εἶπε

CONSIDERABIMVS haec verba. primum quidem, quomodo ea; deinceps quatenam Thomas protulerit. Diuus scriptor, Καὶ ἀπεκρίθη, refert, ὁ Θεοῦς, καὶ εἶπεν. Id est: respondit Thomas et dixit. Haec formula loquendi, qua verbo ἀποκρίνεσθαι aliud verbum εἶπεῖν seu λέγειν coniungitur, sacris scriptoribus per familiaris est, siue alterutrum inflectatur Participio, siue vtrumque in Indicatio exprimitur. Eum scribendi morem mutuari sunt scriptores Noui Testamenti ab Hebraeis, qui, quando volunt narrare, quid quisquam responderit, vtrumque verbum ענה et אמר adhibere solent. u) Graeci autem interpretes illud Hebraeorum ויען ויאמר, modo simpliciter per καὶ εἶπε, modo per ἀποκριθεὶς εἶπε, modo per καὶ ἀπεκρίθη καὶ εἶπε, vertunt. x) Quorum imitatus dicendi indolem, Iohannes vitit et ipse vtroque verbo. Scriptores quidem alios Graecos ita loquutos esse, non facile dixerim. Nam quod nonnulli illud HOMERI ἀπαμειβόμενος προσέφη, vel XENOPHONTIS ὑπολαβὼν εἶπε seu εἶπε, adducunt, id pertinere huc non videtur. Prius illud, a poeta, cuius licentiae venia datur; posterius, etsi raro est obuium, adhiberi tamen videtur, vbi non responsio, sed modo vnus post alium sermo exponitur. quin de ipso quoque qui interrogat,

u) Verbi causa Gen XVIII, 27:

ויען אברהם ויאמר

et respondit Abrahamus et dixit.

Sic 2 Reg. 1, 12: ויען אליהו

ויען אליהו Et respondit Elias et dixit eis

x) Conf. Num. XXIII, 12. 26. Iudic. XX, 4

rogat, ὑπολαβὼν vsurpatur. γ) Sed quum ipsi scriptores facri sibi inuicem adiumento esse possint, quid arcessimus peregrina auxilia? ζ) Nam certum est, scriptoribus τοῖς ἔξω nihil ignotius ea phrasi, codici Hebraeo nihil frequentius esse. Itaque quomodo ea liberari possit a suspitione Hebraismi, parum video. Interim quicquid illius fuerit, vtrumque verbum, et τὸ ἀπεκρίνεσθαι, et τὸ εἰπεῖν, seorsim considerabimus. Nam (I) apparitio tam inopinata quum potuerit omnem vocis vsum Apostolo praecludere; a) nihilominus tamen ille εἶπε, loquutus est. (II) Adeo grauis et adeo serua quaestio, a Iesu proposita, quum potuerit haesitantem et attonitum Thomam plane proferre; b) nihilominus tamen ille ἀπεκρίθη, *responsum dedit*

VIII

γ) Ita statuit IOH. VORSTIUS, cui in hoc literarum genere non parum est tribuendum, *Philol. S. c. 34, p. 152*. Interim secus censet, nec simpliciter pro Hebraismo habendam esse hanc phrasin, HORAT. VITRINGA, *Anim. ad Vorst. p. 239. f.* Cui adslipulatur GEO. RAPHEL. *Annot. in Matth. III. 15. T. I. p. 198*
 ζ) Si quis Noui Testamenti libros recte interpretari vult, tutius Hebraeum codicem, eiusque Graecam Alexandrinorum ac Syriacam conuersionem, PHILONEM item ac IOSEPHVM, addo Patres paucos Apostolicos, quam exterorum consulat Graecitatem. Complures enim in N. T. voces et loquutiones Hebraeum, immo peculiare admittunt illi

ωμν. Quamuis plurimae voces dicendique sint formulae apud Graecos, vnde clara in multos N. T. locos inferri lux possit. Itaque hominum doctissimorum industria, qui vsum exterorum scriptorum in literarum sacrarum illustratione ostenderunt, magna in laude haberi debet, dummodo aureum illud Thaletis, μηδὲν ἄγαν νε quid nimis, obseruatum, nec more SEB. PFOCHENII, et nuperrime IOH. IAC. WETSTENII, actum sit

a) SAPHO:

Ὅτι γὰρ ἴδω σε, ἔροχέως με φωνᾷς
 Οὐδὲν ἔρ' ἔσκε.

Ἄλλὰ καμμέν ἤλωσ' ἴδω;
Quum enim videam te, repente ad me vocis nihil amplius venit; sed lingua fracta est

VIII

Thomae responsio ad quaestionem Christi

PRIMUM itaque Iohannes vitur verbo ἀπεκρίθη. Respondit Thomas. Apud Hebraeos verbo פנה variae attribuuntur significationes, quas tamen omnes ad vnam, eamque primam et generalem, reducunt grammatici, nempe hanc: *similitudinem alicuius rei exhibuit, quocumque demum id modo fiat.* c) Nam qui respondet, quaestioni alterius verba comparat: et qui loquitur, similitudinem rei animo conceptae verbis exprimit. Vtroque modo verbum ἀποκρίνεσθαι venit in Nouo Testamento. Ibi dicitur ἀποκρίνεσθαι non solum qui rogatus est, sed etiam qui loquitur quum nihil sit antea rogatum. Ἀποκρίνεσθαι dicitur is qui ipse adeo interrogat; nec non cui vel data est occasio loquendi, d) vel sermonem qui incipit continuatque. e) Hoc in loco verbum proprie sumitur, et indicat respondere ad quaestionem antea factam. Iesus ὁ καρδιογνώστης animum mitem et imbecillitatem Thomae haurit nesciens, adest ex improviso, manus suas atque latus ei ostendit, et iubet digitum ac manum eius suis manibus et lateri suo ad-mouere. Ne tu fodes, ait, his visis, incredulus, mi Thoma, sed credens esto. Agnosce me hunc illum fidelem Salvatore[m] tuum: qui te amiferam, te redde mihi: quid

C cun-

b) LONGINVS de Sublim. sect. VIII, p. 28: Καὶ σιωπῆν ποτε ἔλαβεν καὶ πάντος ἐξηλόθετον λόγος. Nonnunquam etiam silentium magnum quid est, et omni sermone sublimius

c) Conf. CONRAD. KIRCHERI Concordant. Gracc. V. T. voc. פנה, p. 864. f. vbi etiam patet, verbum Hebraicum פנה

a LXX Graecis translatum esse (1) per ἀποκρίνεσθαι, λέγειν, λαλῆν. (2) per συνάμεινεσθαι, ἐπερωτῆσθαι. (3) per μαρτυρῆν, cet

d) Matth. XII, 38. XVII, 4. XXII, 1. Ioh II, 18

e) Conf. Matth. XXVIII, 21. Marc. VIII, 5. Luc VII, 40. Ioh. VIII, 33. Add. DAN. PEVGER Comment. different. apud Gracc. Voc. p. 32

XVIII HOMOLOGIA DIDYMI

cunctaris? Qui antea fui, idem sum adhuc ego. Ingressus equidem *ὑπερβολῶς* statum deposui carnis infirmiores, sed animum erga te misericordem non deposui. Noui mentem tuam, inter spem inter metum dubiam. Et si maxime velis, tamen non audes credere. En igitur hunc vultum, et haec ora mea! en latus hoc, pedes atque manus, quibus *σῖματα* ob amorem tui infixata inhaerent! Fatere, Didyme, fatere non *διδύμη* sed candido animo, me in vitam reuocatum *Dominum tuum Deumque tuum* esse: ΜΗ ΓΙΝΟΥ ΑΠΙΣΤΟΣ, ΑΛΛΑ ΠΙΣΤΟΣ

HIS vltimis verbis Iesus perspicuam quaerit sententiam ex Apostolo, vultu quidem, vt videtur, blando, sed mixta grauitate, vt verba ante dies octo temere dicta (*ὲ μὴ πεισῶσω*) in memoriam ei reuocaret, et redargueret. Vix dixerat Iesus haec, quum paullo post insequeretur responsio Thomae citra ambages, breuis quidem illa et rotunda, sed fide et amore plenissima: Ο ΚΥΡΙΟΣ ΜΟΥ ΚΑΙ Ο ΘΕΟΣ ΜΟΥ. En quantum statim mutatus est Thomas ab illo vetere! Non se excusat, sed agnoscit errorem. Libere, quid sentiat, profiteretur

*Nec vidisse semel satis est, iuuat vsque morari,
Et conferre gradum, et dextrae coniungere dex-
tram f)*

VIII

*Affectio et indoles animi penes Apostolum, dum ederet
homologiam*

IAM ETIAM quum aduentus Iesu inopinatus praeccludere ei vocem potuisset, quod Thomas nihilominus *ἔπε*, loquutus est; quae meditati sumus super eo, pace illorum qui melius sentiunt, non tacebimus

ἔπε

f) PROBÆ FALCONIÆ Cen- to Virgilian. XXXII, 7

Ἐπεν δ' Ὁμοῦς. (I) *Non mente aut cogitatione*, quam quidem notionem verbum εἰπᾶν cum illo רצון Hebraeorum communem habet *g*): sed verbis ac vocibus. *Dixit* fonis articulatis, quibus notiones significantur. (II) *Non temere dixit ambiguus*. Immo perspicue atque ita, vt Apostoli omnes, qui lectione Veteris Testamenti, et ex institutione Domini non alia cognoscebant, haec intelligerent. Nec alias cum his verbis coniunxit notiones, quam quas illi. (III) *Dixit atque confessus est*, non vero exclamavit, quasi ad portentum ac visum stupuisset. GEO. quidem ENIEDINVS, *h*) cum aliis SOCINIANIS, *i*) negat his Thomae verbis *Christum* compellari, et potius rem indicari inusitatam contendit. Dicit, natura esse hominibus inditum, vt ad ea quae repente conspiciant praeter opinionem, exclament, et proferant *Dei* nomen. Ita olim τὸς ἕξω *Prob Deum immortalem!* item, *Dii boni!* exclamasse: Et hodie multos dicere, *je!* *mein Herr und Gott!* et, *hilf ewiger Gott!* Non nescimus SOCINIANORVM, has tantas quare moliantur nugas, malitiam. Eludit tamen calumniam inimicorum Christi, ars grammatica.

C 2

g) Verba haec εἰπᾶν, λέγειν, רצון, sumuntur de animi cogitationibus ac de re ipsa. Sic PLUTARCHVS, quod *Stoic. parad. poet. T. II, p. 1058 D*, sapientem Stoicorum ait λέγειν: σίγῃ καὶ ἑαμβουκίῳ, *dicere, rigeo et frigeo*; id est rigere et frigere. Apud CICERONEM idem Sapiens in tauro Phalaridis dicit, *quam suave est hoc!* i. e. *conscijs sibi est, sibi bene esse.* Non aliter in epistola ad Hebr. XII, 21 scribitur: Μωσῆς

EIHEN, ἐνφωδός ἐμὴ καὶ ἐντρομος. Id est: *Ipse adeo Moses tremebat totus ac horrebat*

h) *Explicat. loc. V. et N. T. ex quibus Trinit. dogm. stabil. sollet, p. 249. sq*

i) VAL. SMALCIO, *lib. XII de diuinitate Christ. p. 301, L. M. ARTEMONIO, Init. Euang. Iob. restit. p. 122. Cf. CHRISTI EBERHART. VVFISMANNI Specim. Rabbulismi Exeger. ab Artemonio contin. et aucti (Tubing. 1731) §. IIII, p. 18 sq*

ca. k) Iohannes enim nihil de exclamatione, nihil de stupore Thomae, sed simpliciter dixit *ἀπεκρίθη καὶ εἶπεν ὁ Θωμᾶς*. Nec respondit ei Iesus tanquam stupenti, aut tanquam exclamanti prae admiratione, sed tanquam ei, qui animo conuictus credit in Iesum Dominum, et qui ὁμολογίαν dixit. Μακαρίσι (ait Iesus,) οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ ΠΙΣΤΕΤΟΝΤΕΣ. Addimus hoc. Sive enim affirmetur, in verbis his ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου, ellipsin esse vocum εἶ σὺ, TV ES DEUS meus, TV ES meus Dominus; manifestum est, illud ὁ Κύριός καὶ ὁ Θεός, Christo attribui. Sive autem antiptosis Nominatiui pro Vocatiuo (vt nonnulli contendunt,) statuatur; etiam tum recte habent, quae IOH. PEARSONIVS l) scripsit: *Licet in Antiptosi constructio verbum non requiratur, at significatio tamen virtualiter requirit. Aequè enim ipsum Deum esse agnoscit, dum sic vocandi casu alloquitur, quam si idem de eo enunciaret. (III) Breuiter strictimque, et quasi ἐν συνόψει dixit. Praeter ipsa (quod pater,) verba, breuia illa et succincta, compendium loquendi indicari verbo Iohanneo εἶπέν, (quod ab illo λαλεῖν, vt Hebraeorum רבר et אמר, differat,) IOH. ALB. BENIGELIVS ὁ μακαρίσις m) est auctor. Causa autem breuitatis in illis gaudii, timoris, fidei commotionibus variis, quae subito infurrexerant in animum viri, quaerenda est. (V) Dixit. sed vix tandem, et quidem pudore suffusus. Thomas idem ille,*

- k) Vsum grammaticae artis in interpretatione Scripturae S. ostendit Summe Reuerendus Praefes meus, Patronus ac Praeceptor aeternum colendus, in peculiari *Commentat. de Interpret. Scr. S. grammatico*
 l) *Exposit. Symb. Apostol. Artic. II. p. 231. (ed. Francof.)*
 m) *in Gnomon. N. T. ad Ioh. XII,*

49. Quomodo verbum λαλεῖν ab illo λαλεῖν differat, ex AMMONIO ostendit Summe Venerab. Praefes meus, *Exercit. Philonian. ad Heb. VI, 9. p. 270.* approbante b. IOH. CHRISTO. STRODTMAN, *Obscruat. de Vocum Graec. apud Ammonium et Eranium Philonem Part. II. §. 8*

ille, qui paullo ante argutus videri philosophus subtilisque voluerat disputator, qui fando audiuerat nescio a quo piscatore metaphysicum dictum: *nihil est in intellectu, quod non antea fuit in sensu*; idem, qui ad rationem reuocare notione adaequata studuerat resurrectionem Iesu, fidem autem, et quidem adeo *historicam* saltem, negauerat: idem igitur ille in conspectu Iesu primum obmutescit, non aliter ac filii Iacobi ad Iosephi conspectum obmutuerant: mox Christi alloquutione, voce, vulneribus, merito paruo, tactus, confessionem edit. (VI) *Concitata voce, eaque perspicua dixit.* Patuit amor Iesu ex alloquio blando, n) ex oculis serenis, ex omni oris, corporis, gestu affectuque; vnde gratiam, vnde ἀφεση peccati Thomas expectabat. Igitur hilari animo, igitur *παρένοια* credentibus propria, enuntiat cogitata mentis. Loquitur ipse per os Apostoli Spiritus Sanctus, *Φέρον τὸν ἄγιον τῆ Θεῆ ἀνθρώπων.* o) Ille vocem, ille cor tangit Confessoris, vt non ram diceret Thomas, quam clamaret. Quis crederet, in hac sensus sublimitate, in hoc affectu vehementi qui Numeris sancti afflatu concipiebarur, depressa eum voce nec cum *ἐμφάσει* respondisse? Quis nescit, structuram et indolem verborum se ad argumentum rei et grauitatem accommodare

(VII) DENIQUE Thomas edidit confessionem, certo *conuictus de veritate: Christum, quam amiserat libere, eam vitam denuo assumisse, et sese corporis contactu HOMINEM, occultorum scientia VERVM DEVM manifestasse.* Nouerat hoc futurum esse Thomas iam antea. Sed Christo adeo dira passio et mortuo, insidiis Satanae et anteceptis opinionibus victus, quae

C 3

n) Non aliter quam penes Luc. X, 21: *ἰσὺς ἐκθέσθησ αὐτῷ.* H. FAHREN *αὐτόν.* quae verba Celeb. HEVMANVS recte ver-

tit: *Da sehe ihn Iesus liebreich an*
o) 2 Petr. I, 21

quae a magistro audiuerat, in dubium vocare; quae Apostoli e visu et auditu rerulerant, iis diffidere, et denique omnia negare coepit. Saluator optimus inuitat p) dubitantem ad credendum. Quid Thomas igitur? Primum miratur, eum pudet, non audet loqui. Mox tollitur dubitatio, fides excitatur. Denique tantum roboris haurit ista fides, vt nullis a Satana, nullis ab indole deprauata dubiis conuelli potuerit

HAEC fides Apostoli (1) non inanis fuit. Aestuauit cor Thomae commotionibus diuinis, et os ἐκ τῆς περισσεύου-
τος

p) Non pauci inter Patres reipublicae Christianae exultant, Thomam in cicatrices et vulnus Iesu digitum et manum immisisse. Horum reuerentia commoti, doctores Romani coetus id pro certo habent. Immo credunt, digitum Thomae etiam hodie Romae religiose asseruari in Basilica S. Crucis; *vbi cominus cum aspexi, et osculatus sum*, ita scribit CORNELIUS A LAPIDE *ad hunc loc. Iohan.* Credat Iudaeus Apella, mi Corneli, digitum hunc Thomae esse! Ipsa quidem exigui esse momenti videtur quaestio. Iohannes autem, si id factum esset, credentem, silentio non praeteriisset. Nec Iesus dixit: *quia admouisti digitum meo lateri; sed, quia vidisti me.* Auctoritas tamen piorum Patrum etiam valuit apud quosdam nostratum. Ipse IOH. GERHARDVS Har-

*mon. Hist. de Resurrect. Christi cap VIII. p. 321, ita scribit: Ex verbis Euangelicae non obscure colligitur, Thomam non prius ad fidem perductum quam ipso tactu conuictus esset. Debuisse ad primum Christi inuitum pudore ac rubore suffundi, sed audacter et interpede digitos suos in vestigia clauorum in manibus, et manum suam in latus Christi ingerit, donec tandem accedente interna mentis illuminatione respiceret et exclamaret: Dominus meus et Deus meus. Forte turius est, eorum sententiae subscribere, qui, auditis Iesu verbis, statim accensam, et ita auctam fuisse fidem Thomae existimant, vt digiti immittendi oblitus, potius se conuictum, Iesum amplecti velut Dominum ac Deum suum, vocis *καὶ θεός* et hilaritate confiteretur*

τος τῆς ἀεδίας loquutum est. *γ*) (2) *Nec fuit fides haec vera.* Suam vim tum apprehensione meriti Christi, tum intrepida confessione demonstravit, et produxit obedientiam. Dicentem amplectitur Christus, dicta confirmat, et ea nominat *fidem* cum μακαρισμῷ coniunctam. Docer tamen, illos, etsi minime vidissent, qui crediderint tamen, felices esse. Est enim natura fidei haec, ut non spectentur ea quae cernantur, sed quae non cernantur. *1)* (3) *Fides Thomae et vera et salutifera fuit.* Ea per verbum Iesu, *δ*) operante Spiritu Sancto, mentem viri mutante, non autem naturae viribus *ε*) producta est. *υ*) A Iesu inuitatus blande, gratiam Dei trahentem ac motus Spiritus Sancti sensit. Hos non repressit, non dissimulavit, sed inter suspiria pia τοῖς ἐνεργήμασι sancti Flaminis se tradidit. Hoc sanctum Flamen intellectum perfudit noua luce et impulit ad assensum, in voluntate apprehensionem Christi, fiduciam, δόξαν ἐν Κυρίῳ excitavit. Solum Spiritus Sancti τῆς πνεύματος τῆς πίστεως *κ*) fuit opus, ut Thomas crediderit. Non merito villo, non praeparatione sui, solo ex Euangelii verbo, ad fidem Christi, *sui Domini et Dei sui*, pervenit. Sic Dauides nominavit Messiam *Dominum suum*: *υ*)
nomin-

γ) Matth. XII, 34

υ) Rom. VIII, 24. 2 Cor. III, 18.
Hebr. XI, 1

δ) Rom. X, 8. 9. 1 Petr. I, 3

ε) Matth. XVI, 17

υ) Quaerit IOH. MALDONATVS, *Exposit. ad Iob loc. num. abens Thomas, quum Christus impertiretur sufflando Spiritum S. expers manserit huius beneficii? et ingeniose respondet ex CYRILLI scriptis. Quocum etiam facit IOH.*

LIGHTFOOTVS, *Hor. Hebr. et Talm. ad b. l.* Nos in sententia S. Reuer. HEVMANI acquiescimus, qui in *Exposit. Iohann. XX, 22, p. 513* Spiritus Sancti dationem, ait, etiam ad Thomam pertinuisse, ita tamen, ut demum in secunda Iesu ἐπιφωσέη, postquam fidem suam homologia obsequauerat aperta, tanti beneficii sit compos factus

κ) 2 Cor. III, 13

nominauit ἐν πνεύματι: quae phrasis hic non significat πνευματικῶς, nec πνεύματι seu καρδίᾳ, vt quidem alias: 2) sed causam indicat efficientem primariamque, cuius instinctu, opera, impulsu aliquis agit vel dicit quidpiam. a) Nam εὐδεις δύναται εἰπεῖν ΚΥΡΙΟΝ Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἀγίῳ. b) Hic ille Spiritus est Sanctus, qui animum aperit vt fides admitti possit. c) Hic ad omnia quae Deus postulat, impellit pios: d) ad preces incitat gemitusque, et ipse in illis clamat. e) Hic verba suggerit: hic precantes adiuuat et inflammat: infirmis subuenit. f) Qui promissiones diuinas fide amplectuntur, his ille valide succlamat Γένοιτο, γένοιτο. g) Γίνε ὁ Κυριός μου. Ἰλεός μοι ἴθι.

X

Interpretationes Socinianorum ineptae de confessione Didymi

IAM ORDO postulat, vt ad explicationem verborum Thomae deueniamus. Breuia quidem, sed pondere grauiam sunt, vt quae personae, status, officii Seruatoris, claram descriptionem tradunt. Ea priusquam exponimus, praemonendum, tres sententias esse, quarum non nisi potestremae possumus suffragari. Primum prodeunt sociniani, εἰ χειρομάχοι. Qui vt diuinitatem Saluatoris impugnent, haec verba non ex fide, sed vel ex admiratione, vel ab attonito fingunt prouenisse. Dicunt, Thomam, nescium quid loqueretur prae inexpectato ostento, exclamasse *mi Domine! mi Deus!* vt aecclae Romani coetus *lesus! Maria!* exclament. Nos, qui delirant ira, iam supra b) depexos dedimus, nec commisimus, vt eo modo fides et

1) Marc. XII, 36. 37

2) Matth. V, 3

a) Conf. Luc. II, 27. III, 1. Rom. VIII, 1. Eph. III, 5

b) I Cor. XII, 3

c) Act. XVI, 14

d) Rom. VIII, 14

e) Rom. VIII, 15. Gal. III, 6

f) Rom. VIII, 26

g) Luc. I, 38

et gratia diuina in actionem naturalem ac fortuitam immutetur, aut ut contra dicatur scriptori sacro, referenti Thomam haec dixisse ad Dominum. Ut taceamus, eiusmodi formulam exclamandi, Hebraeis incognitam plaeque inusitatam esse

IOH. CRELLIVS *l)* et IOH. VOELKELIVS *k)* aliquid eo praesidii quaesuerunt, quia non simpliciter dicitur δ Θεός et δ Κύριος, sed potius δ Θεός ΜΟΥ, et δ Κύριος ΜΟΥ quasi pronomen $\mu\epsilon$ pro imminente et alienante habeatur. Qua sententia nihil esse alienius potest. Indicat potius hoc pronomen fiducialem apprehensionem. *l)* Ipse adeo Deus Pater, et in literis sacris, et in quotidiana fidelium pietate, nominatur δ Θεός ΜΟΥ. *m)* Sed nec alii defunt in turba SOCINIANORVM, professi, non *Christum* sed *Deum Patrem* verbis Apostoli indicari, quos tamen ipse FAVSTVS SOCINVS, *n)* in quadam ad FRANCIS-

D CVM

h) Conf. § VIII huius Diss. p. 19. Adde THEODORIC. HACKSPAN. *Not Philolol. Theol. in Johau. b. l. P. III, p. 478.* Videri quidem posset aliquis locus ARRIANI, *Dissert. Epistolic. Lib. II, 16, p. 195. med.*, interpretamento Socinianorum fauere, quasi haec verba sint exclamantis et mirantis. Ita enim ARRIANVS Epi-
 cictetum facit loquentem: Εἴ ποτε λέγομεν, ΚΥΡΙΕ Ο ΘΕΟΣ πῶς γὰρ ἀγωνισθῆναι; Haec verba IAC. SCHEGKIVS ita vertit: *Quare sic loquimur, Domine Deus! quomodo non sim anxius!* Sed b. GEO. RAPHELIVS, vir quondam Graece doctissimus,

Annot. ad S. Script. T. I, p. 678 rectius transtulit: *Quaeso Domine Deus, adiuua me, ne sim anxius.* quia additur paullo post: *Ἐξῆς ἴτω καθήκεως, σέδε νῦν τε προσεχέτω.* Ergo etiam hinc nullum praesidium suae causae inueniunt Sociniani.
i) *Lib. de vno Deo Patre, c. XII, p. 102*
k) *Lib. de vera Relig. p. 56*
l) Gal. II, 20. I Tim. I, 15. 16
m) Conf IOH PEARSON. *Expof. Symb. Apost. Art. II, p. 232* et GEO. IVD. OEDERVS in *Not. ad Catechif. Racouicenf. Qu. 184, p. 364*
n) *Vid. Miscell. SOCINI, Racouiae 1617 edita, p. 267*

CVM DAVIDIS epistola, serio confutavit. His superenit ille audax omnia perpeti, ruens per veritum nefas, LYC. MELLIER. ARTEMONIVS, in libro famoso. o) Fingit, verba θ $\kappa\upsilon\iota\omicron\varsigma$ $\mu\epsilon$ ad *Christum*, illa vero θ $\Theta\epsilon\omicron\varsigma$ $\mu\epsilon$ ad *Deum Patrem* pertinere. Sed cum ipsa verba tum contextus docent, *Domini et Dei* attributum ad vnum pertinere subiectum, nempe ad *Christum*, p) immo produunt simul, ARTEMONIVM ingenio conatuque abusum esse.

SCIMVS autem, hos Vnitarios, negata deitate Christi, etiam satisfactionem eius, adeoque et *fiduciam* negare in Redemptorem. Loquuntur quidem de *fide*, sed ingenuosi ad comminiscendum, pro libidine sua explicant. Dicunt, eam esse obedientiam mandatorum diuinorum, et nos iustos quidem fieri per fidem. Sed longe aliter sentiunt. Similiter ac si quis recte affirmaret, verbum Dei virtutem habere supernaturalem, sed eam explicaret ex ethica naturali. Nos potius IOH. CASSIANI q) sententiae subscribimus. *Quid exclamavit Thomas? Dominus, inquit, meus, et Deus meus. Nunc si potes, et Christum a Deo separa, et muta dictum hoc, si vales. Da dialecticam disputationem,*

o) *Init. Euang. S. Iob. restituit. P. I, c. 24, §. 2, p. 123.* Cui tamen respondet IOH. PHIL. BARATERIVS, in *Anti-Artemonio*, P. III, c. 6, p. 266

p) THEOPHYLACTVS, (a IOH. GREGORIO Not. ad N. Test. b. I. laudatus,) item HILARIVS, l. VII de *Trinit.* p. 116 arbitrantur, per vocem $\kappa\upsilon\iota\omicron\varsigma$, Christi humanam, per vocem $\Theta\epsilon\omicron\varsigma$, eius diuinam naturam indicari. *Εν μὲν τῷ ἀρχαίῳ*, (ait, THEOPHYLACTVS) $\kappa\upsilon\iota\omicron\varsigma$,

τῆν ἀρχαίαν φύσιν, διὰ δὲ τῶ ἀρχαίαν $\Theta\epsilon\omicron\varsigma$ $\mu\epsilon$, τῆν ἀρχαίαν φύσιν ἀρχαίαν. His verbis male abutitur ARTEMONIVS, l. c. et addit haec perabsurda: *Quodsi ex mente THEOPHYLACTI verba ista, Dominus meus et Deus meus, Naturas diuersas significauit; cur ex mente mea non possint Personas diuersas significare*

q) *De incarnat. Verbi, Lib. III, cap. 15, Opp. T. II, p. 32*

onem, da prudentiam mundi, et fructam illam verbosa calliditate sapientiam. Verte omnes te in facies: - - - exire hinc nusquam vales, nisi hoc quod Apostolus tetigit, Deum esse fatearis

XI

Num in verbis ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου, sit Antiptosis

PARVM inter se conueniunt docti philologi, num in his verbis ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου, Dominus meus et Deus meus, aut ellipsis vocum εἶ σύ, es tu; aut, num figura syntaxeos deprehendatur, vbi casus pro casu, vt hoc loco Nominatiuus pro Vocatiuo, sit positus, quam figuram grammatici antiptosin nominare solent. Nos quidem eorum opinionem, qui pro ellipsi contendunt, deinceps euincemus potioem videri. Nihilominus tamen non diffitemur, nominandi casum pro Vocatiuo tum apud Atticos frequenter, tum apud probatissimos Graecos, Alexandrinos LXX, et crebro in Nouo Testamento poni, nec esse adeo aut ineptum aut falsum, si quis vocandi casu hic verat. Vt exempla pauca e multis proferamus, prod-ear primus omnium HOMERVS. r) Ille

Ζεῦ πάτερ, αἶψ' Ἴδηθεν μεδέων, κῦδισε, μέγιστε

HEAIOΣ θ', ὅς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπαυξέεις

Ad hunc locum recte obseruat DIDYMVVS Scholiastes: Ἡέλιος θ', ἀντὶ τῆς καὶ σὺ ὦ Ἥλιε. Παράπτωσις ἐρῆ ἀντὶ κλητικῆς, κατ' Ἀττικισμὸν. Similiter PINDARVS scripsit: ε) Χαίρει ΦΙΛΙΟΣ (pro φίλε) Ἐγὼ τὸδὲ σοὶ πέμπω. Salve AMICVS, (pro amice,) ego hoc tibi mitto. ARISTOPHANES, mel Atticum, variis in locis: t) Ὁ παῖς ἀπολύθει· ο ἄνθρωπος ἄπολλοι. Item: u) Ὁ Τριβαλλὸς σιμῶζειν δοκεῖ σοὶ ὁ Τριβαλλε

D 2

tibine

r) Iliad. Γ, v. 276. 277

t) Ran. Act. II, Sc. 2, p. m. 236

s) Nemeid. Od. III, p. 54 ed. Eras. Schmid

u) ARISTOPHAN. Avib. p. 615 (ed. Col. Allobrog)

tibine lugere videor? Qui Nominatiui positi sunt pro ^ω παῖς· ἢ Τριβάλλε. Eiusmodi quid imiratus est CAESAR AVGVSTVS in epistola ad Caium, qua *Haue* scripsit *x)* *mi Caii, meus ocellus iucundissimus*; pro *mi ocellus iucundissime*. Et alia dabunt praestantium scriptorum, qui Graecanicum sermonem ore Romano aemulari sunt, specimina, PAN. VECHNERVS, *y)* et FRANCISC. SANCTIVS. *z)* In Graeca Veteris Testamenti conuersione haut dissimilia profant. In hymnis Daudicis: *a)* Ο ΘΕΟΣ Ο ΘΕΟΣ μα ἠατί ἐγκατελιπές με. Et alibi: Ηλέσόν με, Ο ΘΕΟΣ, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου. In libro Iudithae: *b)* Καὶ ἐπικαλέσαντό σε εἰς Ἐσηθόν· Ὁ Θεός, ὁ Θεός ὁ ἐμός, εἰσακουσον ἐμὴ τῆς χήρας! Nec erit quispiam in lectione Noui Foederis tam rudis, quin plura adiciat. Cuius generis sunt: *c)* Ἰωσήφ, υἱὸς Δαβὶδ. Item: Χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, (pro quo Nominatiuo frustra aliquot Codd. apud VVESTENIUM legunt, ὁ βασιλεῦ.) Porro: Ἐλωὶ, Ἐλωὶ, ὁ Θεός μου, ὁ Θεός μου. Denique: Διὰ τῆτο ἔχητέ σε, Ο ΘΕΟΣ, ὁ Θεός σου. Plura alia duumiri eruditū SALOM. GLASSIVS *d)* et IOH. PEARSONIVS *e)* adiciunt. Quae quum ita se habeant, inde parebunt quae nunc sequentur: (I) Nominatiuum non poni a sacro scriptore *more Hebraeorum*, pro vocandi casu. vt quidam volunt: *f)* sed loquutionem hanc, sinceram prae se ferre graecitatem. (II) Et si in verbis Thomaee largiremur ἀντίπτωσιν esse, nihilominus tamen Confessio

x) Apud GELLIVM, *Noct. Attic. Lib. XV, c. 7*

y) In *Hellenolex. I, 2, 13, p. 240*

z) In *Mineru. Lib. I, c. 6, p. 34*

a) *Psalms. XXII, i. Ll, 2*

b) *Iudith. VIII, 4*

c) *Euoluuntur loci apud Matth. I, 20. XXVII, 29. Ioh. XVIII, 3. Marc. XV, 34. Ephes. VI, 1*

Hebr. I, 9. cet

d) In *Gramm. Sacr. III, 1, 29, p. m. 448*

e) *Expof. Symbol. Apostol. p. 231*

f) B. IOH. GERHARD *Harmon. Euang. de Resur. Christi, Cap. VIII, p. 321. THEOD. BEZAE Annat. ad Ioh. XX, 28*

fessio Apostoli de confirmanda deitate Christi incolumis perstaret. g) Nam de satisfactione ac λύτης Saliatoris conuictus, impulsu Flamini sancti, inlclamat Thomas. Air: 'O Κύριός μς. Id est: O Domine mi, qui me perditum hominem redemisti! O Satanae et mortis victor! o superator peccatorum meorum! Pergit: 'O Θεός μς. Id est: O Deus mi! o meus auxiliator! ego confido tibi! ego adoro te, et grates tibi persoluo

XII

Num in verbis Thomae ellipes vocum ita restituendae sint:

Μή γίνουμαι ἄπιστος· ἀλλά πύ γίνεσθαι ὁ Κύριός μς καί ὁ Θεός μς

SI DICENDVM quod res est, nobis eorum placet sententia, qui verba Apostoli dicunt δηλωτικὰ esse, aperteque enuntiare ac declarare, hunc Iesum a mortuis excitatum, redemptorem ac saluatorem Thomae esse. Vi nullum est inter Graeca verba, quod frequentius omittatur per ellipsin verbo εἶμι: ita etiam hoc loco viderunt interpretes, propositionem poni categoricam, eamque aut ita suppleendam: 'Ο Κύριός μς καί ὁ Θεός μς ΕΙ ΣΥ ΑΛΗΘΩΣ. Verissime tu es Dominus meus et Deus meus; aut in hunc modum: ΟΥΤΟΣ ΕΣΤΙΝ ΑΛΗΘΩΣ ὁ Κύριός μς καί ὁ Θεός μς. Hic profecto est meus Dominus et Deus meus. Priori interpretationi fauet PERSICVS translator; h) nec raro occurrit apud MATTHAEVVM i): Ἀληθῶς υἱὸς Θεοῦ εἶ. Item: D. 3. Σὺ

g) Non igitur habeo quod desiderem in IOH. PISCATORE, Theologo Reformato, in Comment. ad Iob. h. l. p. 718 ita scribente: 'Ο Κύριός μς καί ὁ Θεός μς· pro Ὁ Κύριός μς, καί ὁ Θεός μς. vt supra Cap. XVIIII. 3. His verbis Thomas suam de Christo fidem confitatur, quam Christus

versu sequente approbat h) Ex pulchra interpretatione CHRISTO. AVG. BODII, linguarum Orientalium peritissimi Professoris nostri. Vir Clariss. ita conuertit: Thomas responsum dedit: Dominus meus es, et Deus meus i) Math. XIII, 33; XVI, 16

Σὺ εἶ ὁ Χριστός, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ζῶντος. Posterior loquutio IOHANNI *k*) frequentior videtur, scribenti: Οὗτός ἐστιν ἀληθῆς ὁ Χριστός. Οὗτός ἐστιν ἀληθῆς ὁ Προφήτης; eamque scite ornauit acutissimus HEYMANVS *l*)

PARVM refert, quocumque suppleas modo hanc θεσιν, quum neutra sententia a vero delirer. Interim si liceret mentem exponere, eo id sine fierer, vt ne iniquius vertatur. Satis constat, vnam vocem non raro admittere variarum vocum ellipses. Possunt etiam voces omiffae esse, quae ἀπὸ κωνῆ, id est ex proxime praecedentibus, assumi debent ac repeti. Hoc posterius praecipue putandum est euenisse, si βραχυλογίαι adsunt sequente in oratione, quae ad quaesita antea facta responfionem continent. *m*) Idque nobis hoc loco videmur deprehendisse. Nam si responfionem Thomae referimus ad alloquutionem Seruatoris, reperiemus in ista aliquot voces omiffas, et ex hac com-

k) Ioh. VII, 26. VI, 14

l) Erklärung des Euang. Ioh. pag.

581. Vertit autem HEYMANVS:

Das ist mein Herr und mein

Gott. Ibidem adducitur a Vi-

ro S. R. locus ex VIRGILII

Aen. I, 332, quum Aeneas De-

am alloquitur: *O Dea certe!*

scil. *es.* Ad quem locum SER-

VIVVS addit: *Verba sunt con-*

firmantis opinionem suam. Ceterum

num particula KAI ὁ

Θεὸς *αὐτ.*, gradationem indicet,

et vertenda sit immo vero; e-

iusdem Reu. HEYMANI est

coniectura, *loc. cit.* At enim

vero id nobis dubium vide-

tur. Nam si vox *Kai es* in N. T.

idem est quod יְהוָה et אֱלֹהֵי

(quemadmodum id negari non potest,) hinc facile nobis persuademus, eundem fuisse Thomae sensum. Nam primo, affectus Thomae ostendit, verba ipsius pleno sensu debere sumi. Deinceps putauerim, hic coniungi *Κεῖνον καὶ Θεόν* eodem modo, quo in libris V. T. constanter יְהוָה et אֱלֹהֵי

coniungitur. Contentit I AMPE in *Commentar. ad h. l. p. 707*

m) Si quis huius rei exempla desiderat, is consulat IAC. PERIZONTVM ad *Aelian. V. H. X, 21.* et IOH. IENSIUM, *Lection. Lucian. I, 9, p. 86 seq. et III, 6. p. 344*

commode assumendas. Servator sanctissimus Thomam ita alloquebatur: Καὶ μὴ ΠΙΝΟΤ ἀπίστος, ἀλλὰ πιστός. *Et non incredulus esto, verum credens.* Nihil planius est responsione Thomae hac: Μη ΠΙΝΟΜΑΙ ἀπίστος· ἀλλὰ σὺ ΠΙΝΟΤ ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου. *Non sum incredulus. At tu esto meus Dominus ac Deus meus.* Haec verba si tali modo conficiunt sensus integritatem, cuncta leniter fluunt. Nam et casus rectus verbum recipit quod istum regat, et Thomae responsio peridonea est ad praecedentem alloquutionem. Similia exempla, quod reperuntur verba ex antecedenti, quibus defectus sequentium suppletur, dabunt MATTH. FLACIUS, n) SAL. GLASSIUS, o) et LAMB. BOS p): quibus facile alios addere, si opus esset, poteramus

IAM, AGITE, expositionem hanc, quantum fieri potest, roborare studebimus. I) *Ex indole et natura colloquii.* Qui alloquitur quempiam, et qui huic responderet, uterque inter se verbis et vocibus consensum servant. Nam solet responsio accommodari ad prius quaesita; solet constructio, persona eadem, idem casus ac numerus, idem verbum retineri. II) *Ex regula συντακτικῆς.* In qua traditur, ellipsin verborum εἶναι et γίνεσθαι, in loquendi modis optativis, et in votis et appreciationibus obuiam esse. Sic Angelus Mariam alloquebatur: q) Ὁ Κύριός μετὰ σοῦ, scil. γίνε. Sic multitudo caelestium copiarum acclamabat: r) Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ· ubi denno intelligendum γίνε. s) III) *Ex genio Iobannei stili.* Is eleganter est simplex, facili decurrens flumine. Ornatus est mira suavitate, vt ipso-

n) In *Clau. Script. S. P. II*, p. 493

o) *Philol. Sacr. L. III*, 2. 5. p. 219

p) In libello optimo, *Ellips. Graec.*

p. 394, edit. LEISNERI; cuius etiam Praefatio huc pertinet

q) Luc. I, 28

r) Luc. II, 14

s) Add. Rom. XVI, 24. I Cor.

XVI, 23. 24. Gal. VI, 18. I Tim.

VI, 21

ipforum adeo verborum sono iucundo detineamur. Sermonem contexit velut anfulis ex se cohaerentibus, nonnquam ex iisdem verbis repetitis. *t*) Plures alias virtutes FRIDER. ADOLPH. LAMPIVS, *u*) et ANTONIVS BLACKWALL, *x*) criticus non profecto ineptus, recensuerunt. Ad nostrum quae institutum spectant, Iohannes multas *antitheses* adhibuit, subinde expressas distincte, subinde per ellipsin retentas, et a lectore suppiendas. Quodsi enim figuram quae *antithesis* vocatur, recte definiuit antiquus Rhetor, *y*) quod verbum verbo pari potestate redditur per contrarium; pulchre haec verbis sacri scriptoris conueniunt. Dixit Saluator ad Apostolum: Καὶ μὴ γίνεσθε ἀπιστοί. Respondit Thomas ex opposito: Μὴ γίνεσθε ἀπιστοί. Iesus adiecit: Ἀλλὰ γίνεσθε πιστοί. Thomas igitur vicissim excepit responsione aduersaria: Ἀλλὰ σὺ γίνεσθε Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου. III) *Ex natura fidei.* Fides enim res viua est et potens. Quae simulac agnoscit, eo ipso apprehendit meritum Christi, et Saluatorem ita attrahit ad se, vt plane in eo requiescat. Si quid ex libris sacris, ex ore Christi audit, statim arripit, statim suum facit. Sic Dauides, cogitans *z*) Ἐξεζήτησα τὸ πρόσωπόν σου, Deum vel le suum conspectum quaeri, arripit subito. Τὸ πρόσωπόν σου, (ait,) Κύριε, ζητήσω, ergo etiam quaero conspectum tuum. Sic mater Iesu, auditis Angeli promissis ac ἔματι τῶ Θεοῦ, ilico adiicit suum γένοιτο. *a*) Γένοιτό μοι, dicit, κατὰ τὸ ἔρημά σου. Sic Petrus, *b*) Seruatoris iussui χαλασάτε τὰ δίκτυα ὑμῶν, obtemperans respondit: χαλασάτω τὸ δίκτυόν μου. Idem

z) Haec verba sunt DES. ERASMI ROTERODAMI, in Praef. Paraphrasi Euang. Ioh. praemis-

u) Prolegom. ad Comment. Ioh. Lib. II, 2, § 17-25. p. 164 seq
x) Auctor. Sac. Class. Defens.

T. I, 2, 8, p. 332. Add. GLASSIUS Philol. S. I. 4, 3, p. m. 249

y) IULIUS RUFINIANS, de Fig. Sentent. Lib. II, §. 13, p. 153

z) PE XXVII, 8

a) Luc. I, 38. coll. cum vers. 44

b) Luc. V, 5

dem igitur agit Thomas ad credendum adductus. Vix audierat verba Iesu, *μη γινε απιστος, αλλα πιστος*; quum ea arriperet sine mora, *μη γινομαι απιστος, αλλα συ γινε ο Κυριος μου και ο Θεος μου. c)* Iudicent vero de his meditaris nostris *ει τεχνικαι*

XIII

Verba Didymi sunt I) demonstratio fidei. (*ω*) *quoad notitiam et assensum: in voce δ Κυριος*

EXPOSITA verborum constructione, et eorum nexu cum antecedentibus, iam qualia sint, et quomodo *κατ' αναλογιαν τῆς πίστεως* considerentur, videamus. Duplex autem est, tanquam Iani bifrontis, ad quam spectandam admittimur, quasi facies. Nam haec verba I) *Fidei*, II) *Ομολογίας* seu *Confessionis Christianae*, luculenta indicia continent

I) QVIBVS igitur verbis Didymus Christum alloquitur, ea sane huiusmodi sunt, vt suam illis *fidem* prodar. *Fidei*, et illius quidem saluificae, obiectum, est *meritum Christi*

c) Sub finem huius paragraphi omittendum non est, quod DAN. HEINSIVS in *Aristarch. ad Nonni Paraphr. h. l. p. 960* obseruauit. Nimirum Iohanni prae reliquis Euangelistis peculiare esse, vt quae suis posset, ea verbis Prophetiae alicuius efferat, ne quid *ανοικονομητων* ab illis dictum existimetur. Praecipue autem vatem Zachariam ei in deliciis fuisse, ex quo vel integra desumerit verba, vel certe ad ea respexerit. Euolui possunt, et cum Zacharia conferri, sequentes

loci. Ioh. I, 14, coll. c. *Zacharia II, 13*; Ioh. VII, 37, 38, coll. c. *Zachar. XIII, 13*; Ioh. X, 16, coll. cum *Zachar. XIII, 9*; Ioh. XVIII, 37, coll. c. *Zachar. XII, 20* Quicquid illius fuerit, nobis tamen non videtur verisimile, (quod HEINSIVS vult,) Thomam verbis *δ Κυριος μου και ο Θεος μου*, in animo habuisse *Zachar. XIII, ult.* *Και πας μου ερεε Κυριος ο Θεος μου.* Vaticinium quidem Zachariae etiam respicere ad Thomae homologiam, id dubium non videtur

Christi quod apprehenditur: Christi inquam, τὸ Θεωθρό-
 πα, personae naturarum duarum, officio fungentis terge-
 mino, exinaniti et exaltati. Haec fides in libris sacris modo
 πῆσις εἰς τὸν Χριστὸν, modo ἐπὶ τὸν Χριστὸν, d) modo πῆσις ἐν
 τῷ ἀματι Χριστῷ, e) a diuo MART. LUTHERO f) *per*tinacissi-
 mus intuitus *Christi* appellatur, eoque ipso a fide quam in
illuminatione consequimur, internoscitur. In hunc igitur
 Christum oculorum et mentis aciem defixit Thomas, hunc
 desiderauit, hunc tenuit, apprehendit, adorauit. Hic il-
 le solus, non (vt SOCINIANI volunt,) Deus Pater, solus
 hic Christus fuit, quocum Thomas loquutus est

FIDES autem quum tribus actibus aut partibus con-
 flet, nimirum *cognitione* rerum ad salutem necessarium
 seu ἐπιγνώσει τῆς ἀληθείας: deinceps συγκαταθέσει, *assensu*;
 denique ἐλέγχῳ *conuictione*: ita etiam omnes hi gradus tres
 apud Thomam deprehenduntur. Prodidit beatus Aposto-
 lus *cognitionem* diuinam, quam cum *assensu*, caelesti do-
 cetrinae dato, coniunxit. Agnouit Iesum vt talem, qua-
 lem et Dauides ἐν πνεύματι nominauit, g) et reliqui vates
 descripserunt. Quid enim hac *Christi* appellatione in mo-
 numentis Veteris Testamenti frequentius reperitur? et non-
 ne ipse Christus eo se nomine insignem stitit? Vno verbo,
 nominauit eum τὸν Κύριον, *Dominum*

DOMINVM vocant, qui ita possidet rem aliquam, vt
 ab eiusdem vsu et possessione possit alios excludere. Nam
 esse Dominum sine possessione, fieri nequit. Reliqua ius
 naturae et gentium tradit, nec huius loci sunt. Vt igitur ad

d) Ioh. III, 16. Act. XVI, 31
 e) Rom. III, 25. Ceterum discrimen,
 quod nonnulli quaerunt inter phrasas
 πῆσις ἐν Χριστῷ, et πῆσις εἰς τὸν Χριστὸν
 nullum est. Vtraque idem significat.

Plerumque phrasis etiam πῆσις
 ἐν τῷ Χριστῷ, eandem cum his
 notionem tenet
 f) B. LUTHER. *Comment. ad Gal.*
 pag. 44. et 166
 g) Matth. XXII, 43. 44

ad Thomam redeamus, ille vero Iesum non tam *creator* ac *Dominum* agnoscit rerum omnium, propter aeternam a Patre generationem, propterque necessariam essentiae independentiam; (quamvis etiam haec notio nec excludatur, nec possit excludi;) quam potius secundum humanam naturam, ex pacto cum Deo Patre facto, quo consequutus est *δ Μερτης* et Sponsor noster, ut omnis lingua confiteatur, Iesum esse τὸν Κύριον. h) Hoc sensu exprimit illud nomen officium Messiae et illius efficaciam, qui peracta redemptione aeterna nouum quoddam ius domini sibi acquisiuit, ob quod in Noui Testamenti scriptis *ὁ Κύριος* appellatur. Illud enim fit ἀντιδιμενέως τῷ Πατρι, in oppositione ad Patrem, ratione officii, et eorum quae officium κατ' ἀνομιάν consequuntur. Ita PAVLLVS dixit, i) habere nos unum DEVM, Patrem, a quo omnia: item, unum DOMINVM, Iesum Christum, per quem omnia. Et in alio loco k) unum Dominum, et unum Deum et Patrem omnium, opponit. Hoc autem dominium vniuersale cadere quidem per se non potest in humanam naturam, nisi persona sit natura Deus ac *Δόξης*, naturamque humanam in diuinam hypostasim receperit. Itaque idem est *ὁ Κύριος*, qui alibi in Nouo Foedere effertur per *Κληρόν*, id est *Heredem*, *Herign*, *Dominum*: nam hae notiones nec alienae sunt a genio linguarum, et conueniunt inter se. Certe PHILOXENI Glos. sae l) haec tria, *Heres*, *Κύριος*, *Κληρόν*, coniungunt. ET IUSTINIANVS m) ait: Pro *Herede gerere*, est, pro *Domino gerere*. Plura alia apud GER. IOH. VOSSIVM n) et

E 2

HVG.

b) Phil. II, 9

i) I Cor. VIII, 6

k) Ephes. III, 5

l) Voc. *Heres*. Add. FESTVS:*Heres penes antiquos pro Do-**mino ponebatur.* PLAVTVSenim, *Menacchm*, III, 2. vf.

12: Cuius heres (id est, dominus)

nunquam erit post hunc diem

Ideo etiam Bacchid. III, 8,

vf. 8 legas Exheredem, pro eo

qui desit esse dominus ac pos-

sessor

m) Lib. II, Instit. Tit. 19, 6

HVG. GROTIUM o) inueniuntur. Igitur Christus ὁ Θεὸς ἀνθρώπων, est, tanquam Saluator generis humani, *περαχάμ- que propter redemptionem*, ὁ Κληρονόμος. Hunc statuit Pater Κληρονόμον πάντων. Hic excellentius Angelis *nomen κεκληρονόμηκεν*. p) Id nomen est ὁ Κύριος, DOMINVS, secundum humanam naturam

IN HAC vnica voce *redemptionis* duplicem deprehendimus respectum *dominii*. Alterum captiuitate, alterum emtione. Olim hi duo erant modi legitimi, quibus in ciuitate Romana teste DIONYSIO HALICARNASSEO, q) dominium in seruos acquirebatur. IVSTINIANVS Imperator, r) diu quidem postea, *serui*, ait, *aut nascuntur, aut fiunt*. Sed nos ulterius progredimur in theologia. Dicimus, *serui* ET *nascuntur* ET *fiunt*. Res enim ita se habet. Genus humanum ab hostibus, Satana, peccatis, mundo, vt sub lege eorum esset, natura tenebatur. s) At Christus suam per mortem aboleuit Satanam, mortis dominium habentem, et qui mortis erant meru seruituti obnoxii, liberauit. t) Itaque secus quam alias victores solebant, non vendidit sed emit nos. Et, vt seruaret nos, ipse pro nobis obiit. Hoc fuit *λύτρον* quo nos redemit. Igitur iure miratur AMBROSIVS, u) quod *Seruator moriendo destruxit mortem*: qua morte victoriam meruit maiorem infinities, quam Imperatores Romanorum pro exercitu se deuouentes. x) *Moriens victor, nobis vitam dedit*. In cruce

u) Etymolog. voc. *Heres*

o) Annotat. ad Hebr. I, 2

p) Hebr. I, 2. 4. Christus dicitur *heres*, κληρονόμος, non secundum diuinam, sed humanam naturam. Secundum quam homines sunt *coheredes*, συγκαθηρέται. Rom. VIII, 17. Vid. FLACII Clau. Script. S. voc.

Hereditas

q) *Antiqu. Rom. Lib. III, p. 227, l. 24 f.* (edit. Lips.)

r) *Lib. I, Instit. Tit. 3*

s) *Rom. VI, 16*

t) *Hebr. II, 14. 15*

u) *Enarrat. in Pf. XXXVII, Opp. T. I, p. 910. Aed. HERMAE Past. II, 12, 4*

cruce sanguinem effudit, quo omni sumus. Ergo hinc factus est noster *Κύριος*; *iure redemptionis*, tum captiuitate, tum emtione. Tractat etiam nos liberaliter et ingenue, *neque nos dicit seruos sed amicos suos.* y) Verius de se quam ille ad Soliam z) dicit

--- feci, e seruo ut essēs libertas mihi,

Quod habui summum pretium, persolui tibi

IGITUR Thomas, Christum Dominum vocans, plane agnoscit, se pretio emtum sui iuris non esse, sed in possessionem *heri* transiisse, et, quod ARISTOTELES a) ait, *δῶρον* factum, *κατὰ τὴν ἐμψυχον*. Agnoscit, non iam sibi esse sed *Domino* viuendum. Intelligit, perperam se egisse, quod non credidit discipulis *Domini*. Nunc paratus est ad deturbandas ratiocinationes ac λογισμὸς. Iam *αὐτὸ μάλιστ' ἔχει πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ*, b) in captiuitatem redigit omnem intellectum ad obsequium Christi. Nunc credens resurrectionem Christi, scit Dominum descendisse ad inferos, et se Spiritibus in custodia triumphatorem ostentasse c). Scit, peccata expiata, humanum genus redemptum, Deum esse factum propitium. Igitur inlclamat *Ὁ Κύριός μου*.

XVIII

Verba Didymi sunt demonstratio fidei. (E) quoad notitiam et assensum: in voce ὁ Θεός

PERGIT Didymus, et postquam Iesum appellauerat Dominum, iure redemptionis, eundem etiam agnoscit vt verum Deum. Dicit: *Καὶ ὁ Θεός μου*. Hoc dicto nihil praesentius potest Socinianorum omniumque venena Antitrinitariorum extinguere, eo insania pergrassantium, vt horum

E 3

x) *ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ*, VIII, 9

y) *Ιωη.* XV, 15

z) *TERENT. Andr.* I, 1, 10

a) *Politie, Lib. I, Cap. 4*

b) *2 Cor. X, 5*

c) *1 Petr. III, 18, 19*

si res arbitrio esset, crasum id cuperent ex libris sacris. Quas strophas, quas ineptias proferant, vidimus supra, d) hic non reperendas. Nec describemus argumenta, quae in quatuor distincta classes deitatem Christi comprobant. Pertinent ad *Χριστολογία* haec, ex tritis ac vulgaribus theologiae compendiis nota. Sed vnice id agemus, vt, quae Apostoli mens, quae notio verborum sit, euoluamus. I) *Memoria eorum, quae obseruauerat in vita Christi*, extorquebat haec verba. Audiuerat Thomas, Iesum, caelesti voce inauguratum, dictum fuisse Filium Dei *ὁ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ*. Audiuerat, quam grauius solideque, quo pondere verborum ac testimonii, suam is deitatem demonstrauerat contra Iudaeos. Tot eius miracula, prodigia tot viderat, humanas naturaeque vires superantia. Praedictiones euentu comprobatae, opera vere diuina, admiratus fuerat. Nec poterat non recordari verborum Iesu, se *τοῦ Θεοῦ* illudendum, verberandum, crucifigendum, traditurum esse, sed die tertio resurrecturum. II) *Ipsa resurrectio gloriosâ* merebatur, vt Thomas agnosceret Iesum esse verum Deum. Omnia quidem, quae Christo euenerant resurgente, vt terras motus, prostratio custodum, deuolulus sepulcro lapis per Angelum, aliorum resurrectio sanctorum, sublimia et *θεῶν* fuerunt, maiestatem diuinam indicantia. Ipsa autem *ἡ ἀνάστασις ἐκ νεκρῶν* testimonium praebet deitatis Christi ita clarum, vt rationem, vt sensum e iurauerit necesse sit negaturus, Christum Deum esse. c) Praedixerat ille, se potestatem habere ponendi animam,

d) Diss. huius §. X. p. XXVIII.
 e) Resurrectio item Christi testimonium praebet omni exceptione maius, de veritate religionis Christianae. Vid. HVG. GROTIUS *de Verit. Rel. Christi*. II, §. 6, p. 135 et HVMERED.

DITTON, *de Ver. Rel. Christi*.
 ex *resurrectione Christi*, quem librum vtilissimum ex Anglico in Teutonicum sermonem Vir S. Reuer. et Magnif. D. GABR. VILELM. GOETTEN conuertit

et item eam denuo sumendi. Id utrumque euentus com-
 probauit. Ecquis mortalium fuerit, id qui possit? Num
 quis in spiritum, ut eum retineat; num quis, ut prouti
 liber resumat, potestatem habet? Infinitae hoc, hoc diui-
 nae essentiae opus est. III) *Illam mentis et cogitationum, ver-
 borum item omnium, perspecta cognitio Seruatoris*, ut eum a-
 gnosceret verum Deum, Thomam impellebat. Omnisci-
 entiam quidem eius, in vita adhuc superstitis, iam fuerat
 factus cum discipulis. Dixerant omnes f): Νῦν οἶδαμεν,
 ὅτι οὐκ ἴδασ πάντα, καὶ ἐχέειν ἐχεις ἵνα τίς σε ἐρωτῇ. Sed ho-
 die confirmabatur de veritate. Auditis enim a Iesu his
 quae ante officium dixerat dubitans et incredulus, hac
 cognitione percussus, pudore, mixto gaudio suffusus, mi-
 raturus τὸν ἀληθινὸν Θεόν. III) *Afflatus Christi, Spiritum San-
 ctum emanans super Apostolis*, simul apud Thomam virtu-
 tem exerens, eiusque animum rapiens in assensum, g) ex-
 torquebat verba καὶ ὁ Θεός ἡς. Praesto erant vires spiri-
 tuales πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, ἐν προσώ-
 πῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ h): sapiebat et intelligebat diuina: ipse per
 virum θεοπνευστον Spiritus Sanctus inelamabat, quum nemo
 fit, qui Iesum nominare *Dominum ac Deum*, nisi per Fla-
 men sanctum, possit i)

XV

f) Ioh. XVI, 30

g) Conf. huius Dissertat. §. VIII,
 Not. u, p. XXIII, Ex hoc afflatu
 Christi (Ioh. XX, 22,) recte e-
 uincitur, Spiritum Sanctum
 etiam a Filio procedere. Id
 quod complures Patres recte
 censuerunt, de quibus expo-
 nit DIONYS. PETAVIUS, *Do-
 gm. Theolog. Lib. VII de Tri-
 nitate* c. 12, §. 7. Confer praeter-
 ea b. CHRISTO. SONTA-
 GII *Diss. de afflatu Christi pa-*

schalt, Schleusf. 1688. et FFAP-
 RIVM supra adductum, qui
 ibidem ostendit cur Christus
 hic ab impositione manuum,
 in Ecclesia Iudaica alioquin re-
 cepta, abstineret. Vid. b. ION.
 CHRISTO VOLF. *Chr. in*
Ioh. I. c. p. 992. Addi debet S.
 REU. et Celeb. Theologi, IOH.
 GEO. VVALCH *Hist. Controu.*
de Process. Sp. S. (Ienae, 1751.)
Cap. X, p. 166 sq.

h) 2 Cor. III, 6 i) 1 Cor. XII, 3

Verba Didymi sunt demonstratio fidei, (v) quoad convictionem et applicationem: in voce αἵ

CONSIDERAVIMVS fidem Thomae, quod ad *notitiam* et *assensum* attinet. Haec utraque pars in illuminatione datur a Spiritu Sancto, estque vera, viua, ac salutaris. Restat tertia pars, *fiducia* siue *ἔνεργος*, quae conceditur in regeneratione, per quam fides saluifica emergit. Thomas enim recipit meritum Christi, et sibi applicat. Ampletur Iesum vt *suum* Dominum ac *suum* Deum. Solo in Iesu acquiescit. Dicit: ὁ Κύριός ΜΟΥ καὶ ὁ Θεός ΜΟΥ

FIDUCIA est actus voluntatis, quum quis, abiecta sui aliorumque confidentia, vnice gratiam Dei Christique meritum desiderat, apprehendit, et in eo acquiescit. Eo fit, vt ingenua cum *πνεύματι* credat, Deum, ob meritum Filii sui misereri, et vitam sibi aeternam adiudicare. Quod si intimius naturam *fiduciae* contemplamur, *tria* deprehendemus ibi officia contineri, *k)* singula etiam apud Thomam conspicua. *l)* *Desiderium aestuans gratiae diuinae, quod ex notitia et assensu concipitur.* Si quis conuictus de beneficiis, a Christo *Θεωδέειμα* partis, in Euangelio promissis, serio quaerit sibi ea donari. Hoc desiderium summo et maximo fertur nisu. Nominatur in libris sacris *fames et sitis iustitiae l)*, quum animus quasi mugiat ad Deum, sicuti cerua ad aquae riuos. *m)* Conspicitur autem apud Thomam hoc indicium in illa subitanea, aestuante, velocissima responsione, quum os ex redundantia animi loqueretur, et langueret eius mens cupiditate feruenti

k) Conf. b. IOH. BENED. CARP-
ZOVII *Isagog. in Lib. Symb.*
p. 1297
l) Vid. b. D. CHRISTI. VVETS-

SII, Filii, *Diss. de fame et si-
ti ver. sac. s. XII, p. 25*
m) Psalm. XXXXII, 1

uenti et concitata beneficiorum Christi. Porro inest in fiducia II) *Apprehensio meriti Christi anxie desiderati*. Si gratiam Dei et hoc meritum *mibi* applico, animo ac mente certus, Filium Dei etiam *me* amasse, et se itidem pro *me* dedidisse *n*). Sunt enim promissiones Euangelicae ideo vniuersales, vt eas quilibet fidelis sibi applicare singulariter possit. Si liceret exemplo vti dialecticam foetente, dicerem beneficia diuina vicem *propositionis* sustinere, quae fidelis in *assumptione* applicat et rapit ad sese, tanquam bona quae ad eum pertineant. Igitur Thomas assensione diuina sciens, Christum *Dominum* esse iure redemptionis, in-
clamat: ὁ Κύριός ΜΟΥ. Id est, ergo hic Iesus etiam meus est Dominus gratiosus, atque etiam me redemit. Sciens Thomas, Christum natura Deum esse, pergit: ὁ Θεός ΜΟΥ, ergo hic Iesus etiam meus est misericors, meus omnipotens Deus, meus auxiliator fortis. Denique in fiducia continetur III) *Acquiescentia in beneficio, quod iam actu comprehenditur*. Animus merito Saluatoris satiat, o) suauem ac peritundum sensum, ζῶν καὶ περισσόν experitur. Laetatur de promissionibus Iesu, de peccatorum remissione, de tranquillitate conscientiae, de pace cum Deo, de donis ac χάρισμασι Spiritus Sancti. Sic amica sponsi ἐπιστηζομένη ἐπι τὸν ἀδελφιδὸν αὐτῆς, p) amico innititur suo. Sic mater Iesu ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ extollebat, καὶ ἐπὶ Τῷ Θεῷ, τῷ Σωτῆρι ΜΟΥ, exultabat. q) Similiter Thomas πληροφροῦνδεις innititur suo Domino et Deo suo: gaudet de remissione peccatorum suorum, de pace cum Deo, de afflatu Christi,

n) Gal. II, 20

o) Literae sacrae, acquiescentiam in merito Christi, vocant *satiatatem*. Psalm. XXII, 26: φάγοντες πίστες καὶ ἑμπληροῦσάντων. Comedent inopes ad satie-

tatem. Add. Matth. V, 6

p) Cant. VIII, 5. LUTHERVS elegantissime conuertit: Wer ist die, die sich lehnet auf ihren Freund

q) Luc. I, 46. 47

et deinceps de felicitate quod a Iesu praedicatur *μικτός*

XVI

Verba Didymi sunt II) *Ὁμολογία*, seu Confessio publica religionis Christianae

VERBA Apostoli, tanquam sinceræ in Christum fideique salutiferæ testimonia, satis pro instituto cognouimus. Iam quod publice, quod ore coram ceteris alumnis disciplinae Iesu ea dixit, hoc ipso II) *solemnem edidit Ὁμολογίαν, Confessorem Christi* se professus. Nam *ἐὸματι ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν*, ore fit Confessio ad salutem r)

ΟΜΟΛΟΓΙΑ siue confessio est quaedam publica veritatis primariae, Iesum esse Deum ἀληθινὸν ac Redemptorem generis humani, asseueratio. Haec oritur impulsu Spiritus Sancti, linguam mentemque credentis dirigente. Haec gloriam summi Numinis extendit, tranquillam reddit conscientiam, et ecclesiam Christianam confirmat. Transfer haec omnia ad Thomam Apostolum, intelliges, non fore qui honorem et elogium Confessoris s) viro deneget. Deducitur vox *homologiae* ab ὁμὸς et λόγος, id est *similis doctrina*. Nam fideles ὁμοθυμαδὸν omnes, vno Spiritu, vna fide, *similem doctrinam* quam ille ἀπόστολος καὶ ἀρχιερεὺς τῆς ὁμολογίας αὐτῶν Χριστὸς Ἰησοῦς, t) profitentur. Iam quidem me non monente patet, Thomam non ea notione, quemadmodum in historia Ecclesiastica occurrit vox, Confessorem vel Martyrem dici. Summis enim ciuitatis

r) Rom. X, 10

s) Extat singularis disertatio de Confessione Thomae, quam Vitembergae A. 1692 habuit b. 308. DEVTSCHMANNVS;

eam tamen evolvere, quum haec scriberem, mihi non licuit

t) Hebr. III, 1. IIII, 14. Vocatur etiam alio nomine *homologesif*

tis Christianae temporibus *Martyres u*) nominabantur, qui pietatis suae poenas dabant, variisque necabantur suppliciiis. Christum vero qui cum capitis periculo, cum honoris fortunarumque detrimento, professi erant in iudiciis gentium, *Confessorum* nomine honorabantur. x) Sed ea notione, si de Thoma aut aliis adhibentur Apostolis, haec voces non veniunt. Quamvis enim antiqua est et constans fama, Apostolos omnes Seruatoris, si vnum demas S. Iohannem, capitali supplicio affectos; haec tamen sententia omni exceptione maior non videtur. Iacobum quidem, et Petrum, cum Paulo cruenta morte periisse certum est: sed idem fatum collegas etiam eorum subiisse, nondum constat. Certe HERACLEON, Valentinianus quidem, sed non ineptus homo, constanter negat apud CLEMENTEM ALEXANDRINUM, y) Matthaeum, Philippum, Leuin, ac Thomam nostrum, qui omnes Christum voce professi sunt, propterea necatos esse. Οὐ γὰρ πάντες, αἰτ, οἱ σωζόμενοι ὁμολόγησαν τὴν διὰ τῆς Φωνῆς Ὁμολογίαν, καὶ ἐξήλθον. Ἐξ ὧν Ματθαῖος, Φίλιππος, Λεῦϊς, ΘΩΜΑΣ, καὶ ἄλλοι πολλοί. Non enim omnes qui salui facti sunt, ea Confessione quae voce fit, (id est, ἢ ἐπὶ τῶν ἐξουσιῶν γίνεται, quae apud magistratum et in iudicio capitali fit, vt ex superioribus patet.) visi sunt, et vita decesserunt. Ex quibus est Matthaeus, Philippus, Le-

F 2

uis

u) Conf. ANT. GALLONII lib. de Martyr. cruciat. (Antu. 16-68 12) Vnde etiam tot Acta Martyrum prostant, ficta tamen plerumque. Controuersia de numero Martyrum mota fuit ab HENR. DODVVELLO, qui Diss. XI Cyprianica docere voluit, paucos tantum mortem pro Christo perpeffos esse. Alii vero copiose pu-

gnarunt pro multitudine eorum: inter quos princeps fere est THEOD. RVINARTVS, in Praefat. Actis Martyrum sinceris addita

x) Vid. b. MOSHEM. Instit. Hist. Eccles. Ant. et Rec. (Helmst. 1755, 4) Sacc. 1, 1, c. 5, §. 10. p. 35

y) Stromat. Lib. V, p. 502 B

XXXIII HOMOLOGIA DIDYMI

uis, THOMAS, et multi alii. Philippus clare eximitur e numero Martyrum a POLYCRATE. 2) Et omnes trium priorum saeculorum scriptores, qui acerrime disputant de Martyrum nobilitate, TERTULLIANVS, a) CLEMENS ALEXANDRINVS, ORIGENES, non plures quam tres inter Apostolos *Martyres* *νῦν ἐξοχῶν*, Petrum, Paullum, et Iacobum maiorem, nominant. Incerta igitur sunt, si non fabulosa, quae de *εὐσεβοῦσα* et de *martyrio S. Thomae* apud ABDIAM, b) fusius quam vt hic afferri possint, leguntur. Suspecta, nec vilo auctore allata sunt, quum apud HIPPOLYTVM Thebanum c) lancea confessus abietina Thomas scribitur. Ficta haec inquam omnia, et orta ex incredibili Martyrum veneratione, quamuis in Menologio a FERDIN. VGHELLO d) edito, et in Synaxario Graecorum, Romanorum Martyrologio, sexcentisque aliis Martyrum, Patrum, Sanctorum Actis e) repetita sint. Acute enim si quisquam, more suo, vidit IOH. LAVR. MOSHEMVS ὁ μεταφράτης, f) ambiguitatem vocabuli *Martyr* fabulas de tragico omnium Apostolorum exitu progenuisse. *Martyr* autem Graecorum lingua quemlibet *testem* significat: et sacro Christianorum sermone designat *testem Christi*, siue hominem, paratum, etiam moriendo testari, omnem fidem, omnem spem suam in Christo positam esse. Hoc sensu Apostoli a Christo vocantur *μαρτυρες*, quum in eo esset vt caelum ascenderet. *Καὶ ἔστω δέ μοι*, ait, g) ΜΑΡΤΥΡΕΣ

- 2) In *Epist. ad Victorem*, quae habetur apud EUSEBIUM, in *Hist. Eccles. Lib. V, c. 24, p. 191*. Dicitur ibi Philippus Hierapoli et mortuus et sepultus esse
a) *Scorpiace, Cap. XV, p. 633* ed. Rigaltii
b) Apud I. A. FABRIC. *Cod. A.*

- poet. N. Test. T. II, p. 733*
c) In *Opusc. de XII Apostolis*
d) *Ital. Sacr. T. VI, p. 1095*
e) Conf. laudatum FABRIC. in *Not. ad Abdiam, l. c.*
f) *Commentar. de Reb. Christ. ante Const. M. Saec. I, §. 16, p. 83*
g) *Actor. I, §. 8* Vid. DVPRESNE *Glossar. voc. Martyr*

ΤΥΠΕΣ ἐν τῷ Ἰερουσαλήμ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Hoc vocabulo, sui muneris naturam ipsi Apostoli explicant in LVCAE Actibus. b) Τούτων τῶν Ἰησοῦν ἀνέστησαν οἱ Θεοὶ, ἃ πάντος ἡμεῖς ἐσμεν ΜΑΡΤΥΡΕΣ. Hunc Iesum suscitavit Deus, cuius nos omnes sumus Martyres. Fieri autem facile potuit, ut homines indocti ad haec facti codicis dicta sibi temere persuaderent, Apostolos omnes inter eos poni debere, quos Christiani Martyres appellare solebant sensu ecclesiastico

EVIT igitur S. Didymus omnino *Confessor*. Non detrimentum quidem corporis passus Christiana pro religione. id enim idoneis comprobari testimoniis non potest: sed Flamini impulsu sancti *assertor ac martyr publicus* veritatis, Iesum esse verum Deum. i) Paratus cerre, moriendo testari, suam fiduciam in Christo, *Domino suo ac Deo suo*, collocatam esse. Quis non *confessorem*, quis non *martyrem Christi* dicat, qui se et qui alios incitat ad *ἐπολογία* dicendam, et ad sequendum Saluatorem, ut cum illo moriantur? S. IOHANNES ita scripsit k): *Εἴτεν ἐν Θεο-*

F 3

μῆς,

b) Actuum II, 32

i) Saeculo VII vixit S. GALLVS, Episcopus Constantiensis, qui et ipse nomen *Confessoris* reportavit, quamvis febre correptus obiit. Huius extat *Sermo Constantiae habitus*, quae cum notis CASP. BARTHII prodit *Francof. 1623, 8*. In his Notis BARTHIVS p. 42 multos adduxit locos, e quibus probatum dedit, *Confessorem* non tantum eum esse, qui detrimentum corporis passus est pro religione Christiana,

sed etiam eum, cui ob vitae sanctitatem hoc nomen adscriptum sit

Aetate TERTVLLIANI et CYPRIANI frequens etiam fuit elogium *Professoris*, iis datum, qui apud delatores, in Christianos desaeuientes, fidem suam ultro et sponte profitebantur. Hi a *Confessoribus* parum videntur distincti fuisse. Vide tamen SAM. FLOKRIVINI *Dist. de Professor. Vet. Ecclesiae Martyribus*, Lipsiae 1739

μᾶς, ὁ λεγόμενος Δίδυμος, τοῖς συμμαθηταῖς: "Ἀγωμεν καὶ ἡμεῖς, ἵνα ἀποθάνωμεν μετ' αὐτᾶ. Et Thomas nomine Didymus, eamus et nos, inquit discipulis, ut cum eo moriamur. Hoc sensu omnes fideles *martyrum* et *confessorum* elogio veniunt: doctores praecipue ecclesiarum, tanquam imitatores Apostolorum. Quae eorum *homologia* potest quidem habere comites catenas, vincula, contumelias, ipsam mortem, quemadmodum τὸ νέφος τῶν μαρτύρων *nubes martyrum* in literis ad Hebraeos *h*) eloquitur; sed non semper

EX ILLIS quae sub initium huius pensī sunt dicta, patent quae iam sequuntur. 1) Confessor sit homo regnitus et credens, fultus fiducia Spiritus, vt fert scriptum illud *m*): ἐπίτευτα, διὸ ἐλάλησα. Talis a Christo laudatur Thomas: "Οὐ ἐσθραῖός με Θεοῦ, ΠΙΠΗΣΤΕΥΚΑΣ; 2) Argumentum confessionis, idem, quod et fidei, est: Deus trinunus, et Christus Θεῶνθρωπος Saluator noster, redemptio ac meritum eius, omnisque doctrina de Iesu. Id etiam clare deducitur ex verbis Thomae. Si essentiam ac personam spectes quam confiterur; est ὁ Κύριος καὶ ὁ Θεός. Si statum illius; olim in formā seruū, hodie in Dei forma est: mortuus olim, hodie viuens. Si beneficium et gratiam comparatam; *nostra* est causa, nempe *meus* Dominus ac *meus* Deus. 3) Confessio ipsa sit publica et aperta, libera, simplex, constansque. Similiter Thomas non coactus, sed libere ac palam confiterur: non ambiguus aut longe quaesitis verbis, non fuce loquentiae inauratis. Praeclare ATHENAGORAS *n*): Οὐ μελέτη λόγων, ἀλλ' ἐπίδειξις καὶ διδασκαλία ἔργων, τὰ ἡμετέρα. 4) Nisi peculiaris gratia Spiritus Sancti, vt penes Thomam, confessori adfit, suo mūneri ille non satisfacciet. Ea ve-
ro

k) Ioh. XI, 16. Conf. huius Diss.

§. V, p. X

l) Hebr. XI tot. XII, 1

m) 2 Cor. III, 16

n) Apolog. pro Christian. pag. 92, edit. Rechenb

ro mentem, linguam, manus gubernante, virtus Dei in humana imbecillitate perficitur. Reliqua ex finitione superiori facile cognoscuntur o)

XVII

Varius usus atque aedificatio Confessionis Thomanae

HAEC verba, superest, vt paucis ad usum nostrum atque aedificationem vertamus. Sunt illa I) *Testimonium evidens resurrectionis Christi*. Quum nec temere, nec nisi veritate omnino explorata, Thomas crediderit, illa *ἀπίστα* omne dubium tollit de Christo ad vitam reuocato. Id etiam prisci ecclesiae Patres agnouerunt. p) Hi vnus Thomae *ἀπίστα* maius esse resurrectionis Christi testimonium censuerunt, quam *τὴν πίστιν* reliquorum Apostolorum. Neque id, vti videtur, sine causa. Nam hostes Christianae religionis, tum testimonium mulierum, ob inanes saepe huius creduli sexus opinionationes et *φαντασίας πολλὰς*, suspectum reddere; tum Apostolorum terrorem, qui primo Christi aspectu sensus facile obtundit, praetendere poterant. Sed Thomas, compositae mentis vir, huius resurrectionis certus est testis. Illius, licet temeraria dubitatio, sed eandem insequuta *ὁμολογία* adeo praecla-

o) Adicere poteramus, verba Didymi indicare *cultum religiosum* etiamque *adorationem Christi*. Tribuit ei nomen *Κύριος*, id est *Κύριε*, et *Deum* appellat. Hoc ipso attributa diuina declarat ei inesse. Fateatur, Iesum esse Saluatorem, liberatorem a malis, bonorumque omnium datorem. *Fidem* in eum collocat. Officia

reuerentiae, dilectionis, fiduciae, spei, obedientiae, gratiarum actionis, ei addicit. Animo corporeque se totum ei tradit

p) Eos adduxit GERARD. IOH. VOSSIVS, *Harm. Euang. de Passione et Resurr. Christi*, L. III, c. 45, p. 400 (edit. *Amstel.* 1656. 4)

ra, firmo sunt documento, Christum vere resurrexisse. II) Haec verba Didymi *iudicium praestant deitatis Christi*. Nam edidit Thomas suae fidei confessionem, Christum nominans *Deum suum*. Seruator nihil excipiens ad haec, eo ipso confirmat sententiam. q) Agnoscit Thomas Christum Θεόν ὄντων, vnam duarum naturarum personam. *Hominem* fatetur, visu, auditu, tactu; *Deum* autem, vera fide et confessione. Nempe colligit in hunc modum: Iesus est Dei Filius. id demonstravit denuo, dum resurrexit. Si Filius Dei est, idem etiam est verus Deus. r) III) Verba Apostoli *exemplum suppeditant fidei Christianorum*. Nam et partes fidei et indolem eius, desiderium, et denique fiduciam apprehendendi ac retinendi Christi, atque in eodem acquiescendi; praeterea modum τὴν εὐπυσίαν expugnandi; iustitiam, pacem, gaudium in Spiritu Sancto sibi comparandi; et Christo apprehenso se totum ei tradendi; haec igitur omnia discimus ex iam illustri exemplo. Sunt denique III) ea verba *confessionis omnium Christianorum epitome*. Id quod credidit Thomas, ore confessus est coram testibus. Ita etiam nos oportet ἐμολογῆν τὴν καλὴν ὁμολογίαν ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων, s) *praeclaram profiteri confessionem coram testibus multis*. Non sufficit, ore tantum Iesum *Dominum* et *Deum* appellare. Sed assensus animi flagransque a Spiritu S. incensus ardor accedat necesse est. Inprimis Euangelii doctorum requirit munus, Christum, fundamentum librorumque scopum sacrorum, vbique quaerere ac docere: non quidem sermone ad ostentationem artificiosissime composito, nec verbis philosophico contone circumuolutis, sed planis, sed perspicuis, sumtis ex codice sacro, et expressis ad

q) Id fufius et praeclare profequitur S. Reu. HEYMANVS, Explicat. ad b. l. p. 582

r) Ipsi adeo Iudaei sic colligebant. Leg. Ioh. X, 33 et 36
s) I Tim. VI, 12

normam *ὁμολογίας* nostrae in libris Symbolicis. Quemadmodum olim qui in atrio stabant Templi, quum Pontifex prisci foederis publicam recitaret *ὁμολογίαν*, t) animum oculosque in hunc deprecatores apud Deum fixos tenebant: ita nos, agite, omnes illum melioris Pontificem foederis, et eius nomen, *Dominum et Deum nostrum*, confiteamur, ut ille pariter nostrum vicissim nomen coram Patre suo, coramque eius Angelis sanctis, confiteatur

G

*) Formulam Confessionis vide apud THOM. GOODVIN, *Mos. et Aar. III. c. 8. §. 6*

Denique nobis liceat hic supplere, quae *paragrapho decima* huius dissertationis nostrae omisimus. Nempe CHRISTO. SANDIVS in eadem Socinianorum opinione versatur, verba Thomae ὁ Κύριός μω, καὶ ὁ Θεός μω, ad Deum Patrem referri, per exclamationem Thomae, Christi resurrectionem admirantis. Vid.

SANDII *Interpret. Paradox. quatuor Euang. p. 257*. Praetendunt Sociniani omnes THEODORVM MORSVESTANVM, qui ita statuit. Huius tamen sententia est damnata in *Synodo Constantinopolitana V. cap. 8 et 12* et in *Edicto IVSTINIANI Imperatoris*, de professio fidei. SANDIVM et Socinianos confutavit ex instituto ABRAH. CALOVIVS, *Bibl. Illustr. ad Iob. XX. 28, p. 323. 324*

AD NOBILISS' DOCTISS' QVE RESPONDENTEM

ΙΟΗΑΝ·ΙΟΑΧΙΜ·CΛΑΞΕΝ

DISSERTAT' AVCTOREM

Π Ρ Ο Σ Φ Ω Ν Η Μ Α

Οὐχ ἦττων ἀρετῇ ζῆτεῖν ἐς ἡὲ Φυλάσσειν

Κτήμασιν ἀλλὰ μέγα προσθέμεν ἐς κλέος

ΚΛΑΣΙΑΔΩΝ τῶτο πράττεις αὐξήτ' ἀρεταίων,

Ἐσόμενος πάπῳ τ' ἐσόμενός τε Πατρί.

Ἦ μείζον κλέος ἢ σέθεν μὴ οἶδα δ' ἐλάττον,

Ἦδομ' ἀνίστασθαι τὸν τρίτον ἀμφότερον

ΙΟΗ·BENED·CARPZOV D

AB: 153369

ULB Halle

3


004 153 987



Sb,

R







DISSERTATIO PHILOLOGICO THEOLOGICA
DE
HOMOLOGIA S. THOMAE
APOSTOLI

AD LOCVM IOH. XX. XXVIII

QVAM

SVB PRAESIDIO
IOHANNIS BENEDICTI
CARPZOVII

S. S. THEOLOGIAE DOCTORIS EIVSDEMQUE
PROFESSORIS PUBLICI ORDINARI ET
FACULTATIS THEOLOGICAE ASSESSORIS

IN

AVDITORIO MAGNO THEOLOGICO

PUBLICE TVEBITVR

AVCTOR

IOHANNES IOACHIMVS CLASEN

RENSBURGO HOLSATVS
S. TH. CVLT. ET SOC. TEVT. HELMST. MEMBR

A. D. XVI APRIL. A. I. S. MDCCLVII

HELMSTADII

LITERIS VIDVAE B. SCHNORRII

